



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Mors, materia Orationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**



# DE MORTE, MATERIA ORATIONIS.

*De utilissima consideratione  
Mortis.*

PUNCTUM CXXV.



**E**X hac consideratione divi-  
tia, & thesauri. *Quasi effo-  
dientes thesaurum, gaudent  
que vehementer, cum inve-  
nerint sepulcrum; nam ut  
ait Gregor. antiqui suos*

mortuos cum divitiis obruebant.

*Venit Iosaphat, & omnis populus cum eo ad  
detrahenda spolia mortuorum, inveneruntque  
insep. cadavera variam suppollestilem, vestes  
quoque, & vasa pretiosissima, & diriperunt,  
ita ut omnia portare non possent pra pra da ma-  
gnitudine. Dives nimirum efficitur, qui  
mortem considerat. Naves autem onu-  
stae Salomoni veniebant ex Ophir. No-  
stin quid sibi velit Ophir? Hebr. Cims,  
Opulentissima nimirum regio, mortis  
memoria, unde considerationis ligone  
excavantur thesauri divini amoris, evul-  
sionis affectuum, &c.*

Mortis cogitatio animum a terrenis  
evellit. *Nec ponet ibi tentoria Arabs.* Lo-  
quitur de Babylonia, & ait, Arabem ibi  
haud tentoria positurum. Non satis per-  
cipio, quid hoc sibi velit. Si diceret, in  
Hierusalem, utique intelligerem: sed in  
Babylonia! Quid sibi vult Arabs? D.  
Hieron. *Arabs occidentalis, occasum con-*  
*Speranza Scriptura selecta.*

**A** siderans: hic certe tentoria non figit in  
Babylonia terrenorum affectuum.

**D** Petrus: *Velox est depositio tabernaculi  
mei, id est, facilis, & expedita est deposi-  
tio tabernaculi mei. q. d. Iam de morte  
sermonem audivi, non curo hic amplius  
figere tabernacula.*

**B** Hinc Abraham nunquam tabernacula  
fixit, quia oculus in sepulcrum defixit,  
quod & solum possidere voluit. *Date mi-  
hi jus sepulcri. Quod hoc loco notandum  
est: voluerunt illi sepulcrum donare: at  
ille noluit; sed jus quaesivit ab Ephron,  
quod est pulvis, ut pulveris solum jus ha-  
beret. Et appendit pecuniam quadringentos  
scelos argenti probata moneta publicae. Sept.  
Septuag. Quadringentos scelos argenteos transsumes per Chald.  
mercatores. Chald. Quadringentos scelos ar-  
genti, quod recipiebatur pro mercimoniis in  
unaquaque provincia. Mirum, quid tam  
exacte de qualitate pecuniae? Quid dare-  
tur intelligi, meliorem pecuniam non in  
aedificiis, sed in sepulcro, aeterna domo,  
locandam: nam haec praesertim possessio,  
& haereditas ab omnibus aliis rebus nos  
exhaeredit, & a possessione divellit.*

**C** quod est pulvis, ut pulveris solum jus ha-  
beret. Et appendit pecuniam quadringentos  
scelos argenti probata moneta publicae. Sept.  
Septuag. Quadringentos scelos argenteos transsumes per Chald.  
mercatores. Chald. Quadringentos scelos ar-  
genti, quod recipiebatur pro mercimoniis in  
unaquaque provincia. Mirum, quid tam  
exacte de qualitate pecuniae? Quid dare-  
tur intelligi, meliorem pecuniam non in  
aedificiis, sed in sepulcro, aeterna domo,  
locandam: nam haec praesertim possessio,  
& haereditas ab omnibus aliis rebus nos  
exhaeredit, & a possessione divellit.

**E** Hinc illi, qui, ut ait Procop. carnalia  
sectabantur, ab Aegypto exitum vasa au-  
rea, & argentea acceperunt: at Moyses  
nec aurum quidem tetigit. Unde? *Tulit  
autem Moyses ossa Ioseph; quod, scilicet, ani-  
mum a terrenis evelleret.* Et observan-  
dum, quod aliqui Patres referunt, in ex-  
itu illo iter facienti populo Arcam foede-  
ris praecessisse, & sepulcrum hoc, in quo  
erant ossa Ioseph, subsecutum extremum

Ccc exer-

Job. 3.

2. Par. 20.

3. Reg. 9.

Hebr.  
Mortis memo-  
ria regio per-  
opulenta.

Isai. 13.

D. Hier. ex

Hebr.

Animum a

terrenis evellit

2. Petr. 1.

Genes. 23.

Abraham cur

nunquam ta-

bernacula fixit

Hebr.

quod est pulvis,

ut pulveris solum

jus ha-

beret. Et appendit

pecuniam quadringentos

scelos argenti probata

moneta publicae.

Sept. Septuag.

Quadringentos scelos

argenteos transsumes

per Chald.

mercatores. Chald.

Quadringentos scelos

argenti, quod recipiebatur

pro mercimoniis in

unaquaque provincia.

Miram, quid tam

exacte de qualitate

pecuniae? Quid dare-

tur intelligi, meliorem

pecuniam non in

aedificiis, sed in

sepulcro, aeterna

domo, locandam:

nam haec praesertim

possessio, & haereditas

ab omnibus aliis rebus

nos exhaeredit, & a

possessione divellit.

Hinc illi, qui, ut ait

Procop. carnalia

sectabantur, ab Aegypto

exitum vasa aurea,

& argentea acceperunt:

at Moyses nec aurum

quidem tetigit. Unde?

Tulit autem Moyses

ossa Ioseph; quod,

scilicet, animum a

terrenis evelleret.

Et observandum,

quod aliqui Patres

referunt, in exitu

illo iter facienti

populo Arcam foederis

exercitum fuisse. Sicque in anteriori A parte exercitus Arca, in posteriori verò sepulcrum erat, quò nimirum exercitus ille, non minus à lege, quàm à morte quasi repagulis teneretur.

Eccle. 7.

O quam utilis nobis hæc cogitatio! Ecclesiastes. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat, quid futurum sit.*

Got. Chald.

vel Got. *Quid futurum sit, scilicet vile cadaver.* Chald. *Qui irerit ad domum luctus, vir iustus, sedebit, & ponet in corde suo loquelus mortis, & si est in ipso quidquam mali, deponet illud, & convertet in poenitentia.* Hebr.

Hebr. Pined. libid.

solum sic emphaticè: *Et vivens cogitat quod in hunc locum Pineda explicat definitum, ac intentum animum detinebit.*

2. Reg. 20.

O quam desirum tenet! In 2. Reg. mortuo Amasi, *ad opus cadaver, ut dicit facer Textus, subsistebat omnis populus ad videndum eum, & aliqui stabant iuxta cadaver, dicentes: Ecce, qui esse voluit pro Ioab comes Davit, &c. Osi iuxta cadaver & nos subsisteremus!*

Psal. 72.

Malum est, Fratres mei, non commoveri, aut aliquem de morte sensum non habere. *Zelus super iniquos, pacem peccatorum videns, quia non est respectus mortis eorum.* D. Hier.

D. Hier. Alii.

*Quia non recogitant de morte. Alii: Quod non turbentur propter diem mortis.*

Thren. 1.

Ex mortis oblivione omnia mala. *Sordes eius. Quæ? Omnes in genere, nullâ exceptâ, in pedibus eius. Vnde? Nec est recordata finis sui Sept. Novissimorum suorum.*

Mortis oblivio parens omnium malorum. Septuag.

Prov. 14.

Qui cogitat de morte, ferè iustus est.

Chald.

In Proverb. ubi nos legimus: *Sperat iustus in morte sua.* Chald. legit: *Qui sperat, quod moriturus est, iustus est.*

Mortem cogitans ferè iustus est.

Cli. grad. 6.

Ille apud Climacum, qui brevi se celura per annos duodecim mancipaverat, huic uni præsertim meditationi intentus, hinc tandem migraturus hoc solum ait: *Indulgere mihi. Nemo memoriam mortis noscens, poterit aliquando peccare.*

Iob. 3.

*Ibi impij cessaverunt à tumultu, &c. Melius est ergo ire ad domum luctus. Reddit rationem Hier. quasi paraphrasticè: quia ibi recordatione conditionis nostræ, &*

fragilitatis humanæ ex præsentia cadaveris commoremur.

O utilissimam mortis consideratione! Hæc est, Fratres, quæ rancorem ab inimicorum cordibus divellit, & gratiam conciliat. Mille modis aliquos conciliare conatus es nec potuisti: inter hæc sola cogitatio, ut mox conciliat! Memento novissimorum, & desine inimicari idem quod, desines inimicari. Cum zelo iustitiæ aliqua fortasse passio irreperat in animum David, unde Absalom videre volebat, sed ecce ad illud: *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur super terram, ait Rex ad Ioab. Ecce placatus feci verbum tuum.*

Mortis consideratio inimicitias extinguit.

Eccle. 28.

2. Reg. 14. 1. Reg. 26.

Quid est, quòd ipsemet David tam facile, vel oblata occasione, abstinuit à cæde Saul? Chryf. homil. de David, & Saul: *Cum David videret Saulem immobilem, utque quicquam posse facere, eum suo animo ita loquutus est: Vbi nunc ille furor? ubi technæ? ubi tot insidie? Abierunt omnia illa, perieruntq; exigui somni incursum. Iacerat alligatus Rex, cum nihil horum non cogitaverimus, nec perfecimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus nihil aliud est, quàm mors temporaria, & unius diei intentus. Sic hostem in potestatem suam accepit, & Deum erga se benevolentiorum reddidit.*

Chryf.

Davidem à cæde Saulis abstinuit.

Somnus mors temporaria.

Intelligit communis hostis, quantum hinc utilitatis obveniat id eodem memoria ut hæc ex idat cogitatio, pro vitibus condemon sudat. Viderat somnium, quòd mortis similitudinem præferbat, arboris excidendæ, Nabuchodonosor: manè fieri non potuit, ut reminisceretur. Theod. divina providentiâ hæc somni recordatio adompta, ut ab amico suo Propheta somnium patefieret. Nicol. de Lyra, ex terrore, inquit, insolite visionis phantasmata sunt facta confusa, & sic non remansit memoria visionis distincta. Vnde habent Sept. *Somnia vi, & obstupuit spiritus meus.* Sed cur non etiam opera Diaboli somnium hoc excidisse credatur?

Mortis memoriam adimere demon sudat. Dan. 2.

Theodor.

1. Reg. 6.

Dicit id Orig. clarissimè in eo, quod circa Arcam accidit Philisthæis: *Ibani in directum Num.*

Orig. hom. 16. in 2. 23. directum Num.

directum uacca, & non declinabant, neque ad dextram, neque ad sinistram, &c. usque ad verminos Bethsames. Quis hæc animalia ducebat? quis crederet, bubulcos, ac ductores fuisse Demones, quod percimuerint Arcæ Domini virtutem, qua affligebantur, & puniebantur Allophylis, & quod cultus destrueretur? unde Arcam, eisi in birio positam, ut inquit Iosephus, tam recta dixerunt, ut quamprimùm ab eorū finibus eduxerint, ne scilicet ex tot moribus mortem animis conciperent, qua conceptâ converterentur.

Tob. 6.

Malorum Angelorum est mortis cogitationem auferre, ut bonorum, inferre. Hinc Angelus cum Tobia in prima mansione dicitur constitisse juxta fluvium Tigris: Et mansit prima mansione juxta fluvium Tigris. Interlin. Decursum mortalitatis. Prima mansio ejus, qui Angelum socium habet in via, per quam ad caelestem patriam regrediatur, est mortis memoria: hic juvenis debet consistere in prima mansione: hic primùm immorari, qui relinquit paternam domum, carnalem vitam, instituitque angelicam conversionem, scilicet in decursu mortalitatis; hoc est, in consideratione citissimæ, certissimæque mortis.

Interlin. ex Hobr. Mortis recordatio prima mansio petentis calum.

Hic, hic immoretur juvenis, qui vult in virtute adolere, ac proficere: hic certe sapientiam perdisset. Sapientia ubi invenitur? Trahitur sapientia de oculis, hoc est, à cadaveribus in sepulcris abditis. In domo figuli edidit sapientia, cujus initium est timor Domini.

Iob. 2. 8.

Ut in horum persona cœperat proficere Iob! ut timorem conceperat! ut conversionem accelerabat! Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? Quæ celeritas hæc, ô Iob? & unde? Ecce nunc in pulvere dormiam.

Iob. 7.

Sed ut melius utilitates jam ex hac consideratione collectas, & quæ adhuc colligi possunt, digeramus, ad sua illas capita redigamus.

1. Ioan. 2.

D. Ioan. Quicquid est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et mors de omnibus triumphat, de avaritia, superbia, & luxu-

ria. In cujus rei signum habes juvenem Naim in porta civitatis. Erat hic juvenis, en luxuria: in Naim, quod est, juxta Hieron. pulcher, en superbia. Sequitur superbia formam. In porta civitatis, ubi tribunalia, en avaritia. Moïsi sinit avaritiam, superbiam, & luxuriam.

Luc. 7. Hebr.

Statuam Nabuchodonosor, cujus caput erat aureum, id est, superbia, pectus argenteum, hoc est, avaritia, crura, ac pedes fictiles, ac lutei, hi sunt luxuria, quid contrivit, ac in pulverem redegit? lapis mortis.

Dan. 1.

Annon caput aureum, caput tumidum, superbia elatum conterit mors? Quis arguet coram eo viam ejus, & qua fecit, quis reddet ei? Videre est illic juvenem illum superbum, elatum, impudentem, lascivientem: Quis arguet coram eo viam ejus? vel, quis arguet in faciem ejus? aut ex Pagnino: Quis nunciabat coram eo viam ejus malam? Quis audebit corripere? Cave. Sed quid? Huic remedium nullum? Hoc, inquit Iob: Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Efficacissimum id sanè erit, si ab aliquo manu ducatur in campum Sennaar, Heb. Factoris. Si in congerie mortuorum vigilabit. Pagnin. Ad pulverem fessimabit: hoc est, quod vel juvenis ad cinerem, pulveremque volabit. Idem: Si in tumultu jugiter manebit. Cajet. Super acervum continuabit: intentâ scilicet, ac persistenti cura, ac meditatione mortem cogitabit, ut caput mox inclinabit! ut saltum deponet! ut monita salutis excipiet!

Iob. 21.

Mors superbia tumidos conprimit.

Alii.

Pagnin.

Pagnin.

In aures ejusdam ex istis fugiens suffuravit quidam: Sub te sternetur timea, & operimentum tuum erunt vermes. Ut his audicis mutatus est! ut aliud mox vivendi genus instituit!

Isai. 14.

O mortem, ut ex unguibus, ac radicibus superbiæ evellis! Mox ut ille ex se vermes scaturire conspexit, cti pauld an- re, ut dicit sacer Machabæorum Text. 2. Mach. 3. Sydera cali contingere se arbitraretur, ad agnitionem sui veniens exclamavit: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non parva Deo sentire. Ut alas dimisit, qui ad sydera volavit!

Elatos An- tiochi spiritus deiecit.

Text. 2. Mach. 3.

Rex ille Babyloniz, ut diximus, in A. quantum fastigium superbiz, ne dicam, demeritiz pervenit? voluit, ut Deus, miles adorari.

Et Nabuchodonosorem sibi restituit.  
Dan. 4.

Ad superbiam hanc comprimendam, quid facti opus fuit? Fœnum quasi bos comedes. Fœnum? fœnum, quod ubi bene ruminavit: Oculos, inquit, ad caelum levavi, & sensus meus redditus est mihi. Altissimo benedixi, & viventem in sempiternum laudavi.

Ezech. 18.

Ad deprimendam Regis Tyri superbiam hoc præcipue: Producam ignem de medio tui, & dabo te in cinerem. Hic cinis. Fratres, hic caput erectum inclinat, dum cinerem nos esse declarat. Non apponat ultra magnificare se homo super terram. Hier. ex Hebr. Non apponat ultra magnificare se homo de terra. Isai 30. *Egyptus frustra, & vanè auxiliabitur: superbia tantum est, quiesce.* Hebr. *Bulla tantum est.* Homo bulla: superbia est bulla.

Psal. 9.  
Hebr.  
Isai. 30.

Psal. 72.

Non est respectus mortis eorum, vel cum Hieron. Non cogitat de morte sua, ideo tenuit eos superbia, ex consequenti: ut contra destructione consequenti: Ideo non tenuit eos superbia, quia cogitaverunt de morte sua.

Isai. 28.

Va corona superbia, ebrius Ephraim, & flori decidenti. q. d. ideo superbi, quia florem decidente: in se non considerant, quod declarant: Perennisus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. Flagellum inundans, cum transierit, non tenet super nos.

Superbia iure est stultitia.

Vbi cum superbia notare est stultitiam, semper enim superbia stulti ia iuncta est. Mortem vocant flagellum inundans: q. d. Scimus mortem esse generale diluvium, sed blandiuntur sibi: Non veniet super nos, & ideo in sua superbia persistant.

Isai. 29.  
Græc.

Hinc apud eundem Prophetam, volens Deus cujusdam superbiam retundere: Circundabo, inquit, quasi spheram in circuitu tuo, & iacium contra te aggerem, aut Græc. *puberem.* Quid inde? Humiliaberis, & de humo audietur eloquium tuum.

2. Cor. 12.  
2. Cor. 15.

O potentissimum ad se comprimendū remedium! Raptus fuit Apost: ad tertium caelum, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Paule mi, non superbis? non gloriaris? Non: quin ego

sum minimus Apostolorum, & non sum dignus vocari Apostolus. Unde hæc tanta humilitas? Quotidie morimur. Mors operatur in nobis.

Mortis consideratio S. Pauli humilem conferavit.  
Iob. 16.

Job: Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum. Sed ne de patientia in adversis, & de victoriis, quas referebar, extolleretur, sedens in sterquilinio testa saniem radebat. Vbi divinè more suo Greg. Luto tergebat lutum. Testa saniem radebat, ut semetipsum & in figmento considerans, etiam de extorsione vulneris sumeret curam mentis. Qui bene in sterquilinio ponebat corpus, ut ex terrâ assumpta quæ esset carnis substantia, bene proficiens, perenderet animus. In sterquilinio ponebat corpus, ut etiam ex loci foetore caperet, quod festivè corpus ad foetorem rediret.

Iob. 2.  
Orig. ibid.

Iussit in Levit. Deus, locum cinerum, in quem immolatarum avium plumæ congeriebantur, fieri ad Orientem. Duo hic notanda: locus procienda: plumæ, in quo cineres: & hic ad Orientem. Utrobique mysteria. Qui voltat nimirum super se, seseque extollit, superbiendo de divitiis, honoribus, &c. proiciat has plumas in cinerem, & statim submittet alas, & ad iastat leonæ illius, evulsis alis, quasi homo stabit, tractabit ut homo, &c. Præterea locus hæc erat ad Orientem, quò intelligamus, cinerem semper ob oculos, non verò a tergo versari debere. Hic verè cogit, explicatam oculatarum plumarum pompam contrahere, ac submittere, qui sine hac consideratione nimum caudas nostras ad morem pavonum expandimus.

Iob cur in sterquilinum declinavit.

Levit. 1.

Dan. 7.

Andeo dicere, dum mortis cogitationem haberimus, nihil nos effere inaniter poterit.

Psal. 81.

Ego dixi: Dii estis, & filii Excelsi omnes. Propheta mi, quid loqueris? Superbire nos facies divinis hæc titulis, ac honoribus. Quondam Alexander Divinus ab assentatoribus appellatus est, & summopere est elatus. Non, non, inquit David, haud superbiæ periculum: Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes, vos autem sicut homines morietini. q. d. Alas demittite, & rotam, more pavonum variarum pennarum.

Mortis meditatio sumentum humilitatis.

tum:

nam fulgore conspicuam deponite, quia A  
Dii estis, sed Dii mortales.

Ostendit Deus Iosepho suae futurae  
celitudinis signa, Solem, Lunam, stellas  
eum adorantes. Sic & manipulos stan-  
tes, &c. Sed norate in his omnibus signis  
celitudinis, signa humilitatis. Sol, Lu-  
na, & stella, ut splendent, hieroglyphica  
sunt celitudinis, ac splendoris, sed qua-  
tenus occidunt, dejectionis, & occasus:  
sic manipuli adorabant manipulum, quod B  
sektionis, ac falsis recordaretur, & in fu-  
tura celitudine inter eos splendores, oc-  
casus memoria numquam excideret. Sic,  
sic Magnates de se humiliter sentiunt,  
dum finem omnium celitudinum reco-  
lunt falsam mortis.

Ego dixi: In dimidio dierum meorum.  
Sept. Ego dixi: In sublimitate dierum meo-  
rum vadam ad portas Inferi. Alii: ad por-  
tas sepulchri. Ut hac cogitatione sublimitate C  
tium demisit alas!

Hoc sibi voluerunt Ethæi, dum sibi in  
Regem Ephron elegerunt, qui interpretatus  
est pulvis: quasi dicerent, non super-  
bè imperabit, qui pulverem se esse me-  
minerit.

Saul primus Rex super Israël, ne super-  
biret, mox audivit: Hoc tibi signum, quia  
iunxit te Deus in Principem: Cum abieris ho-  
die à me, invenies duos viros iuxta sepulchrum D  
Rachelis, in finibus Benjamin in meridie.  
Quid! Electum Regem primum impin-  
gere in sepulchrum jubes? & in sepulchrū  
spectata, eximiaque formæ mulieris?  
O si sepulchrum semper ei fuisset in men-  
tis meridie, humilis profectò semper ex-  
itisset! sed quoniam sepulchrum noluit  
habere in meridie, habuit miser regnum  
in occasu.

Nec solum à mente superbiam, sed E  
etiam à corde luxuriam mors evellit.

Vna ex sanguifugis, quæ dicuntur, *Affer*,  
*asser*, luxuria est. Quomodo divellatur  
sanguifuga, nostis: conspergitur cinere,  
& mox divellitur. Hoc post Bacchanalia  
intendit Ecclesia: divelli non potes, bi-  
bis, *Affer, asser*: super caput tibi cinerem  
ponit, quo te divellat. *Libera me de san-  
guinibus, Deus, Deus meus*, divelle me, sed

ecce divulsus est: Quia cinerem tanquam  
panem manducabam.

Excelsa, quæ erant in Ierusalem, quæ  
ædificaverat Salomon. *Astaroth idolo Si-* 4. Reg. 23.  
*doniorum, & Chamos effensionis Moab, &*  
*Meleon abominationi filiorum Ammon polluit*  
*Iofias: & contrivit statuas, & succidit lu-*  
*cos, replevitq; loca eorum ossibus mortuo-*  
*rum.* Quid hic sibi Rex voluit: Morte  
delere amores. Erant hæc omnia Salo-  
monis amorum idola, quæ ferè non nisi,  
morte tolluntur. Marmoream Veneris  
statuam posuerunt illi ad tollendam  
mortis Christi memoriam: sic & mors  
superposita Venerem tollit.

Ob id, inquit Procopius, mortuum Deut. 34.  
Moysen in monte Nebo transferri iussit Procop. 10.  
Deus ab Angelis in vallem Moab, contra  
Phogor, ut imposturam scilicet hujus  
impudicissimi idoli corrigeret, atq; fræn-  
naret. Colebant ibi idolum libidinis, sit  
ibi sepulchrum Moysis, inquit Deus, ut  
mors coërceat libidinem: nihil enim ef-  
ficacius ad eam rem mortui reconditi  
memoriæ: mors etenim ob oculos posita  
compefcit luxuriam.

Acerissima carnis tentatio Iobi: Con-  
vulneravit lumbos meos. At quid fecisti, Iob. 16.  
ut peferres, ac vinceres? Operui, inquit,  
cinere carnem meam.

David: Non timebo, quia faciat mihi ca- P sal. 55.  
ra. Unde hæc fiducia? Ab altitudine diet  
timebo.

Ad juvenem lascivientem ut efficax il-  
lud! Vide vias tuas in convulle. Sept. In Jerem. 2.  
sepulchro. D. Hieron. In sepulchro multi-  
tudinis. Ut nauseabundus, ut obrurato Hieron.  
naso inquires: *Hæcine est illa Iezabel*, quam 4. Reg. 9.  
hactenus deperivi?

Hoc idem pharmacum adhibuisse di-  
citur senex quidam in Vitis Parrum, ut In Vit. Pat.  
juveni cuidam carnis tentationibus la- p. 2. l. de fornic.  
boranti afferret medelam. Etenim scisci-  
tanti: Qui facio, Pater, quia occidit me  
sordida cogitatio? respondit: Mulier,  
quando vult ablactare filium suum, ama-  
rum aliquid superungit uberibus suis, &  
cum venerit infans ex consuetudine su-  
gere lac, sentiens amaritudinem, refugit.  
Mitte ergo & tu in cogitatione tua ama-  
ritudinem.

Gen. 37.

Isai. 38.  
Septuag.  
Alii.

Gen. 23.  
Hebr.

u. Reg. 10.

Humilens ser-  
vare Saulam  
potuisset, ut ne-  
glecta fuisset.

Mortis medi-  
tatio curatrix  
libidinis.

ritudinem. Cui Frater: Et quæ est amaritudo? Dixit ei senex: Cogitatio mortis. O pharmacum efficacius adversus luxuriam! Ira est, Fratres.

Pleriq; capiuntur carnali amore, quia non considerant, idolum illud, quod mi-  
Sap. 13. feri adorant, cinerem mori futurum. Hæc erat eorum vanitas, qui fabricantes ex eodem ligno idolum, partem cinerem faciebant, partem venerabantur. *Cur insipiens adoravit illud, pars ejus cinis est.* B q. d. Iam mater, aut pater Solis hujus, ante quem curvas omnium tuorum affectuum genu, cinis est. *Vel pars ejus cinis est, corpus nimirum in cinerem reverturum, & veneraris? Sculptile, & conflatile ponam sepulchrum, hoc est, idolum hoc, quod adoras, mors tua erit.*

Hinc, Fratres mei, tot incontinentiæ, abominationes, ac immunditiæ, quia cū illis, quos abominandos vidit Ezechiel, C terga vertimus ad occidentem, & apertis oculis aspicimus Orientem.

Tandem mors avaritiæ eradicat. Pluries in mente illud revolvi, unde Ægyptii tam facile tot vasa aurea, & argentea filiis Israël, vel cum fugæ suspicionem mutaverint. Mirum certe, quidquid filii Israël voluerunt, acceperunt: quodque magis mirandum est, post obtentam facultatem eundi. Quid à talium D rerum amore tam valide eos divulerat? Certè hoc: quisq; domi mortuum habebat Mortuum? qui vult accipiat.

Et hinc duodecim exploratores à Moyse missi, nemine contradicente, totam terram Chanaan exploraverunt, quia tunc mors cum peste grassabatur, ideo illi liberè totam terram lustrare, ac explorare potuerunt: sed abas duo solum à Iosue missi adeo infudarunt, ut vitam ibi penè reliquerint, tunc scilicet ibi morte non vexabantur.

Cum Syri, tempore Elisei, perterriti, Samaritæ obsidionem exoluissent, timore mortis dereliquerunt tentoria, fugientesque proiecerunt vasa, argentum, & aurum, & vestes.

O quam verum, quod inquit Hieron. Facile contemnit omnia, qui se cogitat esse moriturum!

Mira historia in primo Machab. Alexander ille, qui pro alio obtinendo mundo 1. Mach. 1. plorabat, & propterea Interfecit Reges terre, & siluit terra à facie ejus, ut cognovit, quia moveretur, & divisit servus suis regna, cum adhuc viveret. Nota, & pondera: Cùm adhuc viveret, ut intelligas, quod ad hanc solam mortis cogitationem mundos centum, si habuisset, penitus reliquisset.

Hac consideratione Salvator voluit simul, & semel cæco illi nato visum restituere, ut cuncta videret, & cuncta hæc tamen visibilia contemneret: ideo luto usus est, quod super oculos ejus posuit, ut omnia illi lutescerent, inquit Irenæus, sicque, ut lutea, omnia contemneret. Ioan. 9. Christus cur luto cæcum curavit. S. Iren.

### De brevitate hujus vitæ, & quàm cito mors veniat.

#### PUNCTVM CXXVI.

Deus, vitam meam annunciaris tibi. Psal. 55. Hebr. Deus fugam meam annunciaris tibi. Adeo brevis est vita, ut non tam sit vita, quàm fuga. Vicia præsens est fuga.

In laboribus à juventute mea. Heb. Expirans sum à juventute mea. Metim Hebraicè, vita, sed cum puncto. Metim, Hebraicè mors, at sine puncto. Quid ergo inter est inter vitam, & mortum, nisi punctum. Vitam à morte punctum discernit. Sap. 5. Nasci, & mori continua sunt.

Et nos nati, continuo desinimus esse. Continuo, inquit, hoc est, vix vitam attingimus, cum subito vitam cum morte communicavimus.

Psalmo nono titulus: Pro oculis filii. Psal. 9. Alii: De florida azate filii. Symmac. de morte filii. Theodoretas ibidem. Concordiis Symmac. me omnes. q. d. Eadem est ætas florida, seu infantia, & mors.

Flores apparuerunt in terra nostra. Mox: Cant. 2. Tempus putationis advenit. Egredietur virgo Isa. 11, de radice Jesse, & flos, & c. sed protinus: Et erit sepulchrum ejus gloriosum: quò vide licet

licet innuat, ætati floridæ juxta esse se- A pulcrum.

Ierem. 9. 21.

Ascendit mors per fenestras (quæ minus, quam portæ custodiuntur.) Ingressa est domus nostras. (Ad quid?) Disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis. Hos certe disperdit mors, qui veluti extra se vivunt, qui tota die per plateas divagantur, qui nunquam omnino se morituros cogitant.

Psal. 77. Hebr. Mors robustis magis infesta.

Et ne sibi quisquam de robustis viribus blandiatur: Occidit, inquit Propheta regius, pingues eorum, & electos Israel impedit. Ex Hebr. & juvenes robustos, seu, & strenuos Israel impedit, hoc est, prostravit, ac manu valida obrunceavit, quasi in pinguiore, ac juniores vehementior mors invchi solet.

Ecc. 12.

Idcirco sapiens: Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ. Cæterum cur potius meminit juventutis? quia mors ita pervolat, ut quam multos in hac ætate vel minus cogitantes inveniat.

Psal. 89. Hebr. Felix. Hieron.

Et tamen: Quæ promissio habentur, eorum amittunt. Ex Hebr. legi potest: Velut aqua fluxus, aut bulla erunt. Felix: Rapisti eos, ut impetris aquarum, somnus sunt. Hieron. Ut somnium erunt.

Psal. 89. D. Hieron.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Idem Hieron. Consumpsimus annos nostros, quasi sermonem loquens Grammatici, ut significent brevissimum tempus, ajunt, dicto citius, unde alii vertunt: Convolavit, sicut verbum irre vocabile, tempus meum. Plus ex D. Hier. Consumpsimus annos nostros, sicut cogitationem. Chald. Tanquam vapor eris nostri. Quoniam supervenit mansuetudo, & corripimur. Hieron. Quoniam transierunt cito, & volavimus. Felix in eandem ferè sententiam: Quoniam declinavit celeriter (supple tempus vite nostre) & volavimus, Chald. Quoniam transiit velociter (anni nostri) & volant in pulverem.

Gen. 4. Hebr. Syriac. Psal. 101.

Abel. Hebr. Luctus, vanitas, anhelitus, Syriac. Vapor. Ut quid ergo tantopere dolens immaturam filii mortem?

Hieron.

Pauca sunt dierum meorum (annorum) nuncia mihi. Hier. Abbreviavit dies meos. Ne revoces me in dimidio dierum meorum. Hieron. Ne rapias me. Sic supra: Respon-

dit ei in via virtutis sue. Symmac. & Hier. Deus in medio cursu afflixit fortitudinem suam. Symmac.

Idem: Sagitta parvulorum facta sunt plaga eorum. Aliqui ex Hebr. cum Hier. Sagittabat eos Deus jaculo repentino. Psal. 36. Hebr.

Lapis sine manibus, mors improvisa sine occasione. Partem fictilem percussit, & omnia redigit in favillam. Alii: In cinerem aurum pariter, & argentum. q. d. Mors æqualiter omnia comminuit, aurum ut argentum, ut ferrum, nobilem ut ignobilem, senem ut juvenem. Et omni hora hic lapis abicitur. Hinc Psal. 54. Veniat mors super illos. Hebr. Exiguit mors debitum ab illis, quod veluti liquidum à quolibet, vel juvene, vel robusto potest exigere, nec minimum executio differri potest. Alii: Decipiet illos mors.

Dan. 2. Mors omnia eodem loco habet.

Psal. 54. Hebr.

Hinc Ezechias: Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi, (ad

quas, ut debitum persolvam, vocatus sum.) Domine, vim patior, responde pro me. Hebr. Domine, fraus facta est mihi, recipere me in tutelam tuam. q. dicat. Putabam hoc

Isai. 32.

Mors fraudis agit. Hebr.

debitum seriùs persolvere, sic ætas promittebat: sed fraus facta est mihi, & ecce ad exequendum mandatum præ fortibus sunt, qui mortem annunciant. Sic Sap. 2. Exiguum, & cum radio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis.

Sap. 2.

Idem Hieron. Consumpsimus annos nostros, quasi sermonem loquens Grammatici, ut significent brevissimum tempus, ajunt, dicto citius, unde alii vertunt: Convolavit, sicut verbum irre vocabile, tempus meum. Plus ex D. Hier. Consumpsimus annos nostros, sicut cogitationem. Chald. Tanquam vapor eris nostri. Quoniam supervenit mansuetudo, & corripimur. Hieron. Quoniam transierunt cito, & volavimus. Felix in eandem ferè sententiam: Quoniam declinavit celeriter (supple tempus vite nostre) & volavimus, Chald. Quoniam transiit velociter (anni nostri) & volant in pulverem.

Græc.

Greg. Et non est remedium in fine hominis; quasi diceret: Scio omnibus rebus inveniri remedium, morti remedium nullum inveniri. Dicat juvenis, filius unicus matris suæ, utrum nobilitas, an quoddam solus esset, an quoddam juvenis quindecim annorum, remedium advenit? Mane floreat, & transeat. Hieron. Floruit, & abiit. Sic Iob: Qui quasi flos egreditur, & pede mortis conteritur. Hebr. Egredius est. & manu Parcæ, quæ nemini patcit, succisus est. Quadrat in hujus juvenis epitaphiû.

Mors sola absq. remedio. Luc. 7.

Gregor. Quali flos enim egreditur, quia niter in carne, sed conteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis, & ecce quasi tor floribus, quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in sæno est. Unde bene per Psal. 102. itam dicitur: Homo sicut fœnum dies ejus: & sicut

Psal. 89.

Iob. 14. Greg. ibid.

Homines in mundo quasi flores in campo

Psal. 102.

Isai. 40.

& sicut



Et sicut flos agri ita florebit. Isaias quoque ait: Omnis caro fenum: & omnis gloria eius, sicut flos agri. Homo etenim more floris procedit ex occulto, & subito apparet in publico: qui statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum.

Lapis sine mimbribus, mors inopinata, juveni mors in insidiis, inquit ille.

Expostulet, ut vult: Immaturo sum, junior sum. nam mors & fructus immaturos carpit, Ledetur quasi vinea in primo flore. Hebr. Diripietur fructus immaturus. Sept. Vindemietur sicut acresta ante horam. Habet quandoque mors immaturorum fructuum appetentiam. Erit in domo major natu, secundus, tertius, quartus: ex his novissimis unum carpit. Sed immaturus est? Nihil refert.

Olim mors pedibus incedebat, unde vix trecentesimo, aut quadringentesimo anno ad homines perveniebat: nunc velocissimè equitat. Apocal. 6. Et ecce equus pallidus (hic pro senibus) sed Tertul. legit. viridis (pro juvenibus) & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, quæ eò citius currit, quò magis stimulis agitatur: Stimulus autem mortis, peccatum est. Pro qua Tertul. lectione notandum, mortem citissimè ad moriturum pervenire, sed ubi pervenerit, spem donare, & ideo viridis nuncupatur.

Sed ò quam citò mors venit! Domine, filia mea modo defuncta est, puella duodecim annorum. Quadrat ei illud 2. Reg. Heri venisti, & hodie compelleris egredi Et illud: Mandè sicut herba, transeat, mandè floreat, & irãseat, vespere decidat, induvet, & areseat.

quod Hebr. est: Multum conversioni contulit, & saluti, quod omnis vita mortalium, quasi somnium, ita veloci morte contracta est, quod in similitudinem florum, atque feni, eodem pene tempore siccat, atq; deperit.

Quàm scire illa 2. Reg. Omnes morimur, & vita mur. Non dicit, moriemur, sed, morimur, uno solo gradu vel Hebr. Moriendo morimur. Tamque citò, ut quilibet illud dicere valeat: Vit Dominus, quod uno tantum, ut dicam, gradu, ego, morsq; dividimur. Varab. Quid vix passus est inter me, & mortem, vel Hebr. Parvo intervallo sejungitur à me mors.

Quòd si cupis scire, quanto sejungeris intervallo, audi David: Ecce mensurabiles

posuisti dies meos. Vbi verbum Græcum significat, palmares; Hebraicum verò, mensurarum quatuor digitorum. Ex quo intelligitur, inquit Origenes, quia posuit alius dicere: Dies meos posuisti unum digitum, alius duos digitos, vel tres.

Quàm meritò Iob: Parce mihi, Domine, quia ventus est vita mea! Ventus dicitur tur vita, ait Idiota, quia invisibiliter. & incessanter, ac sine mora transit, nec aliud est vita nostra, quàm cursus ad mortem: Vita ventus, & quam vis homines laborent, ut diu vivant, currunt tamen voluntarii ad terminum, quem refugiunt. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. Hinc ille, qui ultrà progressus est, magis mortuus, quàm vivus dicendus est.

Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. D August. ibidem: Modicum est hoc totum spatium, quo præsens pervolat sæculum. O quàm longum videtur amatoribus vitæ! sed expectent finem, tunc ait August. hoc intelligit modicum. Nunc pleriq; cū Apostolis: Quid est, quod dicit modicum? Nescimus, quid loquitur. Mirum! nec Discipuli capere possunt, quàm brevis hæc vita sit.

Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum. Quid? vis scire mortis horam? non, sed vellem capere brevitate vitæ. q. d. mihi videor immortalis. Domine, fac intelligam, me esse mortalem, capere enim non possum. Felix: Ut cognoscam, quàm brevis temporis ego.

Vis nosse? Quid est vita vestra? Vapor est ad modicum parens. Et jam diximus: Anni nostri, sicut aranea, meditantur. Hebr. Sicut loquela, vel meditatio transeunt. Chald. Sicut vapor oris in hyeme, sic celeriter transeunt, & volant in pulverem. Vbi Hier. exclamat: O brevis nostra æternitas! ò brevis nostra æternitas! Ut alibi: Quotidie morimur, quotidie immutamur, & tamen immortales nos esse putamus.

Similes illis, de quibus Propheta: E longantes diem malum, vel cum Varab. Qui in longinquum reiciis diem malum, quasi manu mortem repellentes. & à mente memoriam ejus extrahentes.

Mors etiam immaturos fructus carpit. Iob. 15. Hebr. Sept. Eosq; subinde esurit.

Mors olim pedes, nunc equus Apoc. 6. Tertul.

Mortis equus pallidus peccato tanquam stimulo incitatur. Matth. 9.

2. Reg. 15. Psal. 89. Hebr.

2. Reg. 14. Hebr. Mors, & vita mur. uno solo gradu distant. Vatab. Hebr.

Psal. 38. Salmeron ex

Græco, & Hebr. Orig. hom. 1. in Psal. 38.

Iob. 7. Idiota de mort. c. 14. Vita ventus. 1. Paral. 29.

Toan. 16. D. August.

Vita sua brevitate non possit. David cupit. Felix.

Iac. 4. Psal. 89.

Hebr. Chald. D. Hier. Vita nostra brevis æternitas.

Amos 6. Vatab.



Anne tales, qui circa vitulum quasi A  
fœnum comedentem, ludebant, ne fœnū  
illud mente pendere? O Diaboli  
artem, qua cum morte, quasi cum vita,  
ludebant! Ars certè Diaboli, qui se in vi-  
tulum illum coniecerat, ne fœnum illud  
considerarent, sed saltarent, &c.

Hoc fœnum Deus primū ob oculos  
posuit. *Germinet terra herbam viventem.*  
Hebr. *Germinet terra fœnum.* O si hoc  
fœnum considerares! ò si super hoc fœ- B  
num sederes, ut iussit Deus sedere turbas!  
quàm citò in hisce rebus animus tuus  
areret, qui tantoperè viret! Ecce nunc  
mundus in seipso aruit, inquit Gregor. &  
adhuc in cordibus nostris floret, quia sci-  
licet hoc fœnum nō consideramus: quòd  
si dum terra virebat, non nisi fœnum,  
quòd tam citò arefcit, germinavit; quid  
modò præ senio arida produceret? *Germi-  
net terra fœnum.*

*Erat multum fœnum in loco.* Sedere,  
non stare iussit supra fœnum. O quàm  
bonum, Fratres mei, super hoc fœnum  
sedere! Ambros. Hodie videas adole-  
scentem validum, pubescentis ætatis, vir-  
tute florentem, gratiâ, specie, saavi colo-  
re, crastina die tibi facie, & ore mutatus  
occurret. *Isa. Exsiccatum est fœnum, &  
cesidit flos.*

*Breves dies hominis sunt.* Heb. *Decur-  
tati dies hominis sunt;* non pervenit ætas  
hodie ad trecentos, quingentos annos,  
sed decurtati sunt anni. *In potentatibus  
octoginta anni.* Hebr. *In fortioribus octogin-  
ginta anni.* Major ferè pars hominum ad  
virilem ætatem non pervenit.

Et ad hos paucos annos, quàm citò  
pervenitur? D. Hier. in illud *Isa. Omnis  
cava fœnum.* Qui dudum infans, inquit,  
subitò puer, qui puer, subitò juvenis, &  
antè se senem intelligit, quàm se non ju-  
venem esse miretur. Hinc scire Nazian.  
A tumulo tumulum pero: à tumulo ni-  
mirum maris, tumulum terræ. Con-  
ceptum muravità Iob, qui de hac brevita-  
te loquens: *De utero,* inquit, *translatus  
ad tumulum.* O quàm multis brachia  
nutricis sunt lugubre feretrum, incuba-  
bula & feretrum simul, & semel!

Hinc pisei Libitinam Deam dicebāt,  
*Speranza Scriptura selecta.*

in cuius templo vendebantur, & loca-  
bantur ea, quæ ad sepulturam pertine-  
bant, ita dicta à libitu, vel à libidine, quæ  
propterea Plutarchus Venerem fuisse pu-  
tar, reddiditque rationem in Problemati-  
bus, cur Romani ea, quæ ad pompam  
funebrem spectabant, in Veneris exem-  
plo voluerint asservari: ut scilicet eo ipso  
humane fragilitatis admoneremur, cer-  
toque sciremus, exitum ab ortu non pro-  
cul abesse, cum eadem Dea simul genera-  
tioni præsit, & corruptioni. O vita bre-  
vis!

Vita ephemerale. Ephemerum ani-  
malculum eodem, quo nascitur, die mor-  
ritur: unde febris ephemerale, aut ephe-  
mere. Sed mirum! quatuor ajuunt habe-  
re pedes, & rotidem alas. Pro una die  
tot pedes, & alæ! Ipsa natura dedit sym-  
bolum eorū, qui huic vitæ sunt nimium  
affecti, qui cum diem sint victuri, pedi-  
bus, & alis alimenta perquirūt: citò, ci-  
tò, quia præterit nos flos temporis. Heu,  
heu, diem victuris, curris centum pedi-  
bus, volas, ut fluxibilia perquiras?

*Hoc itaque dico, Fratres, tempus breve est.*  
Græc. *Tempus contractum est.* Cyprian.  
Canos videmus in pueris, capilli defi-  
ciunt, antequàm crescant; *contractum est.*  
Quid hinc, ò Apostole? *Reliquum est, ut  
qui habent uxores, tanquàm non habentes  
&c.* Non dicit, ut nemo accipiat uxore,  
ut nemo amet, sed ut non magnooperè  
uxori, ac possessionibus afficiatur. Sic  
Ambr. & Ansel. Societas uxoris, & viri  
non est perpetua, ut quotidie videre est.  
possessiones non sunt perpetuæ: *Qui  
emunt, tanquàm non possidentes, perpetui  
scilicet, sed veluti usufructuarii ad vitam:  
Terra non vendetur in perpetuum.*

*Qui utuntur hoc mundo, tanquàm non  
utantur.* Syriacè: *Præter aquum usum non Syriac.  
utantur.*

*Præterit n. figura huius mundi.* Theoph.  
*Dissolvitur figura huius mundi.* Quid ergo  
(subdit) amore ejus tenemur, quod dis-  
solvitur? Præterit, præterit, nec durat  
hic felix status, & dum se præsentem de-  
monstrat, jam præterit.

Iob: *Dies mei velociores fuèra cursore;* Iob. 9.  
nam cursor interdum divertit, inquit  
D d d Chyſ.

Gen. 1.  
Hebr.

D. Gregor.

Ambros. in  
Hexam. l. 3.  
cap. 7.

Isa. 40.  
Iob. 14.  
Hebr.

Psal. 89.  
Hebr.

Isa. 40.  
D. Hier.  
ibid.

Nazianz.  
Homo à tu-  
mulo transit.  
Iob. 10.

Plutarch. in  
Problem.

Vita exitus ab  
ortu parum  
abest.

Vita epheme-  
ralis.

Ephemerum  
quid.

1. Cor. 7.  
Græc.  
Cyprian.

Ambros.  
Anselm.

Levit. 25.

Theoph.

Chryf. hem. de Adam, &c.

Chryf. sed curfor vitæ, curfor est non re- quiescens. Fugerunt & non videntur bo- num. Pertranſierunt quaſi naves por- tantes, quæ ne corrumpantur, volant. Alii tranſferunt, quaſi naves deſiderabiles, id eſt, deſiderantes portum. Alii, inimi- corum, vel piratarum, quæ nimirum ex- peditiſſimæ eſſe ſolent. ut celeriter fugiant. Alii ex eo, quod eſt Hebraice naves Ebel, volunt Ebel, eſſe nomen rapidiſſimi flu- vii. Vatab. & Pagnin. item ex Hebr. ver- tunt, ſicut naves voluntaria, ſeu voluntatis, à verbo, abire, velle, & deſiderare: ſic vide- licet diſta, quaſi volent ad voluntatem.

Alii.

Hebr. Vatab. Pagnin.

1. Machab. 13.

Hinc Simon ille Machabæus adificavit ſuper ſepulcrum patris ſui, & fratrum ſuorum adificium altum viſu, & circumpoſuit colum- nas magnas, & ſuper columnas arma ad me- moriam æternam, & iuxta arma naves ſcul- ptas, quæ viderentur ab omnibus naviganti- bus mare. Cur, quaſo, hic naves ſcul- ptæ? Ut Heroum illorum, omniumque mor- talium velociſſimam vitam ſignaret. O quam verè navis hæc vita noſtra! Cor meum conturbatum eſt. Alii: Cor meum fluctuat; nunc remora, nunc ſcopulis, nunc undis detinetur, frangitur, nauſtra- gatur.

Pſal. 39. Alii.

Pſal. 74. Hebr.

Mors immat- ura quorun- dam unde? Eccl. 19. Athan. in Apol. de fuga. Punct. 29. 1. Cor. 15.

Quid inquis, & juvenis? quid ergo tibi ſæculum promittis? Ipſe reget nos in ſæcula. Ex Hebr. Ipſe reget nos in juvenitu- tem, & ipſe reget nos in mortem.

Vela colligamus. Cur autem juvenes præmaturè moriuntur? Multas ob ratio- nes. Prima, quandoque in pœnam ſuo- rummer peccatorum. Qui ſe jungit forni- carius, erit nequam, patreſque, & vermes hære- diabunt illum. Sed quando? ſerò, neci- rò? Et tollitur de numero anima eius. Athan. iterum infra citandus: Et tollimur immat- ura anima impiorum.

Olum, ut nunc diximus, tardè mors incedebat, nunc peccatorum ſtimulus agi- tata, (ſtimulus mortis, peccatum eſt) non ambulat, velociſſimè currit. Qui juve- nis ille peccator? Eques mortis, morti infidet. Quid agit, dum peccato pecca- tum addit? equo currenti calcavia ad- jungit. Stimula ergo mortem, ut quam citò pervenias.

Iſa. 48.

Transgreſſorem ex utero vocavi te. Sunt,

qui ex matris utero, vel in utero matris, ad inſtar Eſau colliduntur, confringun- tur, &c. In utero, ſic dixerim, peccato- res. Tantillus homo, inquit ille, & tan- tus peccator. Vnius tantum digituli in ſtatura, ſed gigas in iniquitate, hoc eſt, vix rationis ulum attigerunt, cum per abuſum abeunt in regionem longin- quam, & diſſipant ſubſtantiam ſuam, vi- vendo luxurioſè.

Secunda. Præmaturè moriuntur ju- venes in pœnam aliquando peccatorum parentum. Filius eſt quid patris, portio patris, parentum viſcera. Nazian. in per- ſona Jacob, cui primum Ioseph, deinde Benjamin fuerat ablatus: Membracim, inquit, pereò, &c. Hinc Deus, ut patres puniat, filios mori. vel occidi permittit. *Ascendo, calue; ascende, calue. Egreſſiſq; ſunt duo urſe ſaltu, & latera verent ex eis qua- draginta duos pueros.* Cur hoc? Iuſtin. Mar. q. 80. ad orthod. occiſione puero- rum caſtigavit parentes. Sic Auguſt. & Procopius in Gloſſa.

Filius, qui natus eſt tibi (ex adulterio,) mori memorietur.

Maledictus Chanaan puer. Cur, patre peccante, maledictio nem ejaculatur in filium? Procop. Ut major dolor crucia- ret patrem, cum videret, filium maledi- ctione vexari q. d. Ut patrem magis ad vivum tangeret, filio maledixit.

Viſitans iniquitatem patrum in tertiam, & quartam generationem.

Tertia. In bonum ipſorummet juve- num: Raptus eſt, ne malitia mutaret intel- lectum eius, aut ne ſeltio deciperet animam illi, fascino enim nugacitatis obſcurat bona, & inconstantia concupiſcentia tranſvertit ſen- ſum ſine malitia. Conſummatus in brevi, ex- plevit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere il- lum de medio iniquitatum. Vbi D. Bonav.

Hic, ait, ponitur multiplex ratio acce- leranda mortis, quarum prima eſt, juſto- rum dignitas, ſecundè, mortis utilitas: Raptus eſt, ne malitia, &c. Tertia, vitæ periculoſitas: Fascinatio enim, &c. Quar- ta, temporis opportunitas, conſummatus eſt. Quarta, beneplacita Dei voluntas, placita enim, &c.

Parentes ſapè in filius luunt.

4. Reg. 2. Iuſtin. Mar. Auguſt. & Procop. in Gloſſa.

2. Reg. 21.

Gen. 9. Proc. ibid.

Exod. 20.

Sap. 4.

D. Bonav. ib.

O quot.

Mors immatura multis percommoda.

O quot, si non citò raperentur, flagitiosissimi fierent! ò quot, si non in cunis, in mala cruce morentur! &c.

Quarta. In commune bonum juvenes præmaturè moriuntur. Quisnam (anìm dicere) se mortalem credit? Transfufum est illud veluti per originem in posteros: Nequaquam moriemini. Serpentin9 ille sibilus in hominum exufflat aures, unde vix homines se mortales credunt. Quotidie morimur, quotidie commutamur, inquit Hieron. & nos immortales esse putamus. Sed si juvenis mortuus inspiciatur, si qui semper parabatur victurus, exanimis repente, ac immobilis jacens conspicitur, omnes & se morituros cogitare incipiunt. Si senex moritur, id senectuti datur, miratur nemo: sed si vividus quispiam juvenis decedat, unusquisque & se moriturum credit.

Genes. 3.

Genes. 48.

Hebr.

Et hoc in Ioseph voluit nos credere Iacob, dum jam moriturus ipsum ad memoriam matris demortuæ revocavit. Mortua est, inquit, Rachel (videns, dic tu quasi multos annos) in terra Chanaan (mercatoris, vel negotiatoris) in ipso itinere, (dum felicitatem quis optaret) eratq; venum tempus (cum flores videret, non obtineret fructus) & ingrediebar Ephratam (quod est frugifera, vel crescens, cum doctoratus, dignitatum, &c. jam jam quis esset percepturus proœmia) & sepelivi eam juxta viam Ephrate, quasi diceret: Ne tu, tuique filii ad meos annos attendatis, sed potius matris mortem meditamini. Quòd si parvulos istos mors senis non afficit, Rachelis demortuæ, dum erat venum tempus, afficiat.

Cùm ergo tam brevis sit vita, quid tantoperè laboramus, ac sanitari tantum indulgemus?

De his, qui præ nimio vitæ desiderio, nimium sanitati student.

PUNCTVM CXXVII.

ERat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaüm, &c. Etli dominus magnus, & Regulus esset, ipse nec abiit, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium ejus. Quid sanitatis desiderium non efficit?

Ioan. 4. Homines bonæ valetudinis nimis cupiis.

Apud D. Matthæum Princeps ille pro salute filia quid non egit? Et ecce Princeps unus accessit, ac adorabat eum. D. Lucas exprimit quàm profundè adoraverit: Cecidit, inquit, ad pedes ejus.

Matth. 9. Luc. 8.

Augeat D. Marcus: Procidit (in terram) ad pedes ejus. Plurane præstari poterant?

Marc. 5.

O sanitatis affectum! Hæmorrhoiissa illa duodecim annorum in infirmitate, multa perpeffa à compluribus Medicis, erogaverat omnes facultates suas, aut omnia sua. In phrasi Scripturæ, facultas non parù denotat, tamen hæc pro sanitate, quicquid habuit, erogavit, quantum auri habuit, si margaritas, si uniones, &c. omnia penitus dedit. Vbi notandū illud: Multa perpeffa à compluribus Medicisq; d. pro vitæ desiderio omnia pertulit. August. Multi ligari se volunt, & secari, daturi pro incerta salute certum dolorem, & magnam mercedē. Patet in his, qui sectiones, mutilationesque perferunt, qui cataractas ab oculo sibi educendas, aut depoendas jubent, quàm pro incerta salute certum dolorem, & magnā mercedem conferat.

Alii.

D. August. in illud Ps. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas.

Mirum, quàm sit in hominibus intensum hoc desiderium. In 4. Reg. Naaman quidam Princeps in aula Regis Syriæ, dives valdè, sed leprosus. Sic facer Text. Vir magnus apud dominum suum, & dives, sed leprosus. Simul ferè junguntur divitiæ, & lepra. Tunc puella quædam de terra Israël captiva in Syriam in obsequium uxoris Naaman perducta, videns forsitan nulli alii rei, præterquam

Naaman percupidus sanitatis. 4. Reg. 5.

sanitati, operam dari in illa domo, sic ferè. **A** balbutiens aiebat: *Vitam fuisset dominus meus ad Prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum à lepra, quam habet. Mirum! hoc verbum in terram non cecidit, sed exceptum, & licet non fuerit hoc nisi alicujus puellæ verbum; in hoc tamen verbo arreptum est longissimum iter. Siste, Princeps, quò pergis? ad quem Prophetam? carpit iter cum litteris comendatitiis ad Regem cum donatiis, solo puellæ verbo permotus. O desiderium sanitatis intentum!*

*O si consimili desiderio spirituales salutem quæreremus! Sed Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientia meæ. Camp. Ob insignem stulticiam meam, quòd in me toto nimirum nihil sanum intus, & quæram tantoperè sanitatem foris.*

*Psal. 37. Camp. Corporis sanitatem quære, & animam negligere, stultitia.*

*4. Reg. 20. Ezechias cur accepto mortis nuntio fleuit. D. Hieron. 2. cori. Pelag.*

*Ezechias. Hebr.*

**C** Quid mirum, si propter hunc immoderatum affectum Deus offenditur? Eodem libro *agrotavit Ezechias usq; ad mortem, & fleuit fletu magno, aut vitæ desiderio, aut quia nullus intrepide vadit ad iudicium Domini, habens conscientiam peccatorum, ut inquit D. Hieron. Pristinam ei Deus sanitatem restituit, quam miraculo illo horologii retroacti comprobavit: quod quia omnibus innotuit, Rex Babylonis, ad quem hæc fama pervenit, nuncios ad congratulandum misit. Et quia nunc quadam animi elatione, loco divinarum gratiarum sibi collatarum cum iisdem nunciis, thesauros ostendit, & inter thesauros pigmenta varia, unguenta quoque. Hebr. Oleum pretiosum; in summa domum avomatum. Hebr. Domum desiderabilem. q. d. cornu-copiae, quintas essentias, pretiosum oleum, &c. Heu! heu! à Deo sanitate donatus hæc æstimas? in thesauris recondis? adhuc hæc pigmenta sectaris?*

**E** Quam verè Seneca: Vna est catena, quæ nos alligatos tenet, quæ scilicet nos servos, ac mancipia eatezæ facit, quæq; arctissimè constringit. Quænam, ô Philosophæ? Amor vitæ.

*Vita amor etiã senes constringit.*

Qui certè non solum juvenes vitæ cupidissimos, sed & senes iam jam morituros constringit: hodieque maximè illud

videre est, quod quidem abominandum vidit Ezechiel, senes canos ad Orientem vitæ conversos, in verso tergo mortis occidenti. Heu! jam alterum pedem in sepulchro habent, & non nisi de vitâ cogitabant, ac si nunquam essent morituri; his semper mors improvisa, quia mortem non à fronte, sed à tergo habent. In hos lapis sine manibus repente abscinditur, qui vel in templo idolum zeli, vel statuam possidentis adorant, qui lutum, quòd in capite, & cogitatione habere deberent, in affectuum pedibus habent, aut qui lutum mortis in capite habere deberent, pedibus oblitæ terunt, aurum solummodo cogitantes, quòd vitam in ævum protrahant.

Servi hujus vitæ concatenati. Suggestit initio communis hostis longioris vitæ desiderium: *Nequaquam moriemini. In quem Ber. Nequam, nequam, ubi est tuum nequaquam? Ecce omnes morimur. Hinc tam inficis filiorum Adæ penitissimis visceribus hujus vitæ affectus, &c.*

Concatenatum hujus vitæ servum hostis Iobum putabat: exposcit primùm rerum omnium tactum; sed certissima spe victoriæ; pellis tactum reservavit: *Pelle propelle, &c.* Sed eum sefellit opinio, & miratus est, quin, ut loquitur Chryl. obstructum est os impudentissimū Diaboli, dum seram liberum ab hoc affectu. Iobus ostendit, O quàm factu ipso comprobavit, se vitæ servum non esse concatenatum, dum ex eo sterquilinio, ut habent Sept. sic ulceratus super glebas sese evoluebat, ad exacerbandos dolores osor sui! &c. O quàm paucos Iobi sequaces hac tempestate videas, & ideò paucos perfectos aspicias! Sunt, qui rerum jacturam perferant, sed licet spirituales, sese tamen tam studiosè conservant, tantoque studio individui conservationi indulgent, ut in suâ unicâ vitâ, torius mundi vitam conservare se putent.

Sed his, Deo permittente, illud sapissimè verum, *Frustrâ multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. vel Chald. Medicina non ascendet tibi. q. d. non perveniet: insume, ut vis, &c. Medicina non ascendet tibi.*

tibi. Sap. 2. Non est refrigerium in fine hominis. Græcè, Non est medicina in fine hominis.

Sap. 2.  
Græcè.  
Psal. 91.  
Hesych.

Hi, qui tantoperè sanitati student, qui què nihil pati volunt, pluribus gravantur. Sic interpretatur illud Hesychi: Bene patientes erunt, ut annuncient; id est, bene pati deliciosè agunt, qui scilicet sunt in Capharnaum, agyo, aut villa consolationis, ac deliciarum, &c. Hi bene pati dicuntur, quia quò minus pati volunt, plus patiuntur. O quanta patitur, qui omnem venti flatum fugit, qui aërem pertimescit! &c.

Hebr.  
Hominum quidam gravia patiuntur, ne patiuntur levia. Medicos quidam de nihilo accersunt. Eccl. 8.

Hi sunt, qui qualibet vel levi causa Medicum accersunt. In Ecclesiastico dicitur creatus propter necessitatem: Honora Medicum, propter necessitatem enim creavit illum Altissimus: tu ad primum capitis, aut stomachi dolorem Medicum vocas? Quàm distat à perfectione, veroque Dei amore, qui propter eum nec capitis dolorem sine querimonia ferre potest! Sponsæ terrenæ, ne sponsum contristent, o quot dolores sine ullo doloris signo tolerant! Tu, inquit S. Theresia, ut cælesti Sponso placeas, non feres patienter, & sine murmure dolorem aliquem? Sed totam evertes domum, Medicos convocabis:

Eccl. ibid.

Medic9 quando accersendus

Sed quoniam tam amicus es Medicorum, audi tempus, quo Deus annuit, ut eos convocet: Averte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. da suavitatem, impingua oblationem, & da locum Medico. Hoc est primum, quod ægrotus præstare debes, mundare conscientiam, orare, elemosynas facere, & postea Medicum vocare: qui hunc ordinem non invertunt, deordinate vitam non amant: sed qui mox Medicum corporalem vocant, quàm deordinate hanc vitam diligant, satis aperte declarant.

D. Hieron. in Vita. S. Hilar.

Talis quondam cæca illa erat mulier, quæ adducta ad D. Hilarionem omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Qui Sanctus: Si quæ in Medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus Medicus Iesus.

Heu! quid agimus, miseri, dum tantoperè hanc vitam diligimus? Nostram

miseriam prorogamus. Quid hæc vita est, nisi miseria? Declaravit Salvator noster, dum suscitaturus Lazarum flevit. Unde hic lacrymarum est: Respondit Hieronymus: Quia cogebatur cum propter salvandos sæculo revocare.

Hieron.

Adeo verum, hanc vitam esse miseris plenam, ut non esse solum in hæc vita, consolatio, & felicitas computetur. De Lazaro in Limbo dixit Abraham: Hic consolatur, tu vero (loquens de divite) cruciaris. Sed quomodo in Limbo consolabatur, in ea obscuritate, sine Dei visione? Erat extra hujus vitæ miseras. Hinc suscitatus Samuel, & à Limbo ad hanc vitam vocatus: Quare, inquit, inquietasti me?

Vita excessisse, solatium est.

Testantur pueri, inquit Cyprianus, qui omnes plorant in ortu, dicat quid vult August. in Problematibus. Cyprianus ait lacrymis illis prophetizare, tu vaticinans aut hujus vitæ præsentire miseras. O si æternam illam vitam in mente haberemus! Nate, nate, suspice cælum, memento æterna vita. Illa vera vita est, hæc umbra vitæ. Quod si hæc tantoperè placet, ut in ea perennare vellemus, quid vita æterna? Si modicum hoc corruptibilis vitæ tempus tantoperè placet, quantum illa placebit? Cur eam non curamus prorogare, intensivè saltem, actibus, quibus

correspondet amplior vita, felicitior vita? Quoniam apud te est fons vitæ. O vita! o vita nostra præsens, quæ illi comparata mors est potius dicenda, quàm vita! &c.

Cyprian. Vita hujus miseras ploratur recens nati pueri. 2. Macch. 7.

Psal. 35.

Adhæc, quid tantoperè vitam istam desideramus, inquit Ambros. in qua D. Ambros. de quantè diutius quis fuerit, tanto majore bono moreratur sarcina peccatorum? Ipse Dominus ait: Sufficit diei malitia sua. & Jacob dixit: Dies vita mea centum triginta annorum, parvi, & mali, non quia dies mali, sed quia nobis accessu dierum, malitiæ incrementa cumulantur: nullus enim dies sine nostro peccato præterit: idcirco Apost. mori lucrum appellat: Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Philip.

Tandem ex eodem Ambros. Quamdiu in hoc sælo, tamdiu inter naufragia. Hunc igitur affectum minuamus, eoq; transferamus, ubi perennis fons vitæ est: Quoniam

cap. 2. Matth. 6. Gen. 47.

Psal. 35.

nam quid est fons vitæ; hic etenim par-  
vus, statimq; deficiens vitæ rivulus fluit,  
ibi, ibi fons vitæ, &c?

## Timor mortis ex peccato.

## PVNCTVM CXXVIII.

Luc. 7.  
Mors à peccato  
habet, quod  
terreat.

Gen. 4.  
Mortis horror  
quantus in  
Cain.

Philo.

Ezech. 16.

Septuag.

Ezech. 2.

Theod. &amp;

Hier. ibid.

Dan. 5.

Mortis imago  
quantum pa-  
vescit Bal-  
thasarem.

**E**cce defunctus efferebatur. Vbi agitur  
de morte, id fit admiratione, terrore:  
Ecco. Cur tam terribilis mors? cur ad so-  
lum mortis nomen trepidamus, aut ima-  
gine, aut imaginatione contremiscimus?

Cain: *Omnia, qui invenerit me, occidet  
me*: timore mortis perterritus toto cor-  
pore contremiscens, adeo ut teste Philo-  
ne ad suum refugium horrore mortis  
septem condiderit civitates, tantus inva-  
serat eum horror mortis, quam Dominus  
ei comminatus fuerat. *Si male egeris, sta-  
tim in foribus* (tui exitus, ac discessus à  
corpore) *peccatum tuum aderit*. Sic semper  
imaginem mortis gerens demisso capite,  
quod curvatam haberet conscientiam,  
vagus, & profugus erat super terram:  
offundebatur nimirum sibi ultix sui ima-  
go peccati, ut dicit Ambrosius. nec quietum  
teum esse permittebat.

*Et tu porta confusionem tuam*. Sept. *Et  
tu porta tormentum tuum*. Sic ubi nos legi-  
mus: *Si justus fecerit iniquitatem, ponam  
eoram eo offendiculum*. Theod. & Hieron.  
legunt: *Dabo tormentum in faciem ejus*.

Convivabatur ille cum mille suis Opti-  
matibus, uxoribus, & concubinis, tem-  
pli vasa sacra profanans: at ecce digiti  
feribentes. Mox solam mortis imaginatio-  
ne faciem Regis immutatam vidisses,  
animum cogitationibus conturbatum:  
*Compages venum ejus solvebantur, & genua  
illius ad se invicem collidebantur*: & licet cla-  
stipatus convivarum caterva, licet cla-  
marent: *Rex, in æternum vive, non te con-  
turbent cogitationes tuae*: horribilis tamen  
visã terrebat imagine mortis: hinc  
scilicet, quod videre cœpit, contra candelabrum,  
id est, coram candelabro, suas  
ebrietates, sua sacrilegia, hinc terrores.  
*Dabo tormentum in faciem ejus. Omnis qui  
invenerit me, occidet me*.

Ex peccato, Fratres, nascitur terror  
mortis. Iob: *Et formido tua non me ter-  
reat*. Sed unde tibi formido? Ex pecca-  
to: *Quantas habeo iniquitates, & peccata?  
scelera mea, & dilecta mea ostendat mihi* q. d.  
Si quid in proximum iniquitatis, si quid  
in te sceleris, si quid in me peccati, si quid  
omni sub nomine delicti, ut optime hic  
distinguit D. Th. nescio, tu ostende mi-  
hi, huic enim solum formido. Ea ut ti-  
mor mortis facit distinguere, quod in vi-  
ta complicatur, &c.

Mortis vicina  
metus peccata  
distincte co-  
gnoscere facit.

*Scribis enim contra me amaritudines, &  
consumere me vis peccatis adolescentie mea*.  
Sentio, quod me vis consumere, id est,  
ad extremam consumptionem, redige-  
re, *Peccatis adolescentie*, id est, pro-  
pter peccata adolescentiæ. Existimant  
quidam juxta Sept. *Imposuisti mihi peccata* Septuag.  
*juventutis*; de filiorum juvenum pecca-  
tis sibi imputatis intellexisse, quod  
vel filios non ita in officio contiausser,  
vel frigidius, quam par erat, coram ad-  
olescentiæ errata ex illis convivii præ-  
sertim increpasset. Communis exposi-  
tio est, de se loquutum, in operibus scilicet  
pietatis obeundis, & rectæ rationis  
lege non sic perfectè, ut verebatur, ru-  
dioribus aâis ambulasse, aliquid fortasse  
ei tunc temporis defuisse, aliquid omi-  
sisse, & in vitæ extremo positum, talem  
de divina justitia visionem habuisse, ut  
dixerit: *Consumere me vis peccatis adolescen-  
tia mea*. Putat ille, dum suam præsentem  
vitam considerat, se nihil habere peccati:  
in hora mortis sentiet, Deum se velle  
consumere peccatis adolescentiæ.

Mortis nudos  
senes peccata  
adolescencia  
in hora mortis  
sentiet, Deum se  
velle afflicta re-  
solvent.

*Posuisti iniquitates nostras in conspectu* Psal. 48.  
*tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus*  
*tui*. Paraph. Camp. *Collocasti iniquitates*  
*nostras è regione tibi, & peccata, qua nos pro-*  
*ocultis habuimus, & in adolescentia commi-*  
*simus, ipsa luce manifestiora sunt in conspectu*  
*tuo*. D. Hieronym. loco, *sæculum nostrum,*  
*legit, negligentias nostras*. Heu! Domi-  
ne, vel negligentias? &c. Felix, *Occulta Felix*  
*nostra, vel juventutem nostram*; quod ex-  
ponit, peccata juventutis nostræ, juxta  
Chaldæum: *Iniquitates juventutis nostræ*.  
Vnde alibi exclamat: *Delicta juventutis*  
*meæ, & ignorantias meas ne mmineris, Do-*  
*mine,*

Chald.  
Psal. 24.

Greg.

*mine.* Vbi Greg. Considerandum, quantum sint gravia peccata lenum, si & illud sic iusti metuunt, quod in infima aetate deliquerunt. Si sic formidanda peccata iuventutis, quæ vel fragilitatis, vel ignorantia, vel maximæ sunt passionis, ac proinde parum respectivè deliberationis habent; quid erit de peccatis virilitatis, ac senectutis ex plenâ deliberatione, & malitia oriundis?

Job. 7.

*Posuisti me contrarium tibi* (in hora mortis) unde in agonia, *Factus sum mihi metipso gravis.* Hinc terrores, hinc dolores, hinc cogitationes, hinc sudores, hinc lacrymæ. Unde? *Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in putvere dormiam.*

Job. 17.

*Cogitationes meæ dissipatae sunt, torquentes cor meum.* Loquitur in persona ejus, qui hic altas fixit radices, qui suas hic omnes habet cogitationes, qui plantatas in corde habet terræ cogitationes, quas singularim evellit mors, nunc spem vite naturalis sic radicibus firmatam, nunc amorem uxoris, & filiorum, nunc affectum rerum, ac divitiarum, nunc cogitationum, negotiorum dignitatum.

Psal. 79.

Chald.

Alii.

Sed valde evulsi.

*Terribili, & ei, qui auferit spiritum Principum.* Chald. *Qui comprimit tumorem Principum.* Alii: *Qui auferit fastum, arrogantiam, animositatem Principum.* Quantum verò doloris inferant hujusmodi evulsiones, non dentis ex gingiva, sed spei, cogitationum, consiliorum omnium, ac reliquarum omnium voluptatum innatæ cupiditatis ex terreno hominis corde cum impetu, & disrupione, intelligere est ex lectione Sept. *Rupti sunt, seu effracti sunt articuli cordis mei.* D. August.

Septuag.

D. August.

*Convulsa sunt compages cordis mei.* Sunt enim hujusmodi inimicæ cogitationes & affectiones, veluti cordis articuli, & compages, & veluti partes, & membra ipsius cordis: cum verò hæc cogitationes convelluntur, eradicantur in eum cum violentia, oportet cor ipsum eradicari, discerpi, dilacerari. Hinc juxta Vatab. dolent: *Conatus mei intercepti sunt; conatus scilicet faciendi supra vires, Intercepti sunt, rupti sunt.* Torquentes cor meum.

Vatab.

A Non amittitur sine dolore, quod cum more possidetur. Aug. Dolor, sicut amor: unde corpore semel moriente, cor toties moritur, quot ea sunt, quæ inordinate diligit. *Cor meum.* Hebr. *Possessiones cordis mei.* In Gen. de subreptis idoli Laban ad Iacob: *Furatus es me.* Pagnin. *Furatus es cor meum.* Chald. ubi nos legimus, *Cor meum;* legit, *tabulas cordis mei:* quicquid scilicet in corde scripseram, testamenta, cogitationes, conatus, &c. intercepti, rupti, dissipati: non enim hora corrigit, quod longa vita cogitavit, &c.

Patriarcha Iacob moriturus, in seculo ut se composuit, ut manibus, pedibusque junctis vitam finivit? O mortem iustorum! *Collegit, inquit, pedes suos super lectulum.* Ex instituto, & habitu antea vite facillimè egit tunc, quod semper egit, etsi in optima terra Gessen, etsi in summa filii gloriæ, & felicitate, ab effectu tamen rerum harum immunis. *Collegit pedes suos super lectulum, & appositus est ad populum suum.* Interl. *Ad Angelorum frequentiam.* Vbi Carthus. Creditur mox, ne tacto Purgatorio, etsi uxoratus, & cum tot filiis in sæculo, vir Dei tanto præditus lumine, ad Limbum delatus.

Ut in suo munere vel moriens persistebat, ut sensibus integris, ut collectus! *Congregamini, filii Iacob,* (iterum dico, quod semper prædicavi) *congregamini.* Vox Patris ut viventis, sic morientis ad filios: *Congregamini, non separamini.* Qui propterea non reliquit eis occasionem separationis, & litium, sed benedictionis, &c. *Et expletis benedictionibus, appositus est ad populum suum.*

Cum hac quiete, & securitate moriatur iusti. Quid mirum? Peccatum non habent, quod est causa timoris. Ex quavis alia causâ nati timores nihil sunt. *Timor aliunde deant facies Dæmonum, sed non videant quam a peccati faciem horrendissimam peccati; timor non est timor.* Iob: *Non peccavi, & in est timor.* *amaritudinibus, moratur oculus meus.* Amartudines vocat lacrymas mortis in agonia. Sept. *Preces adhuc cū labore,* talis scilicet est conspectus Dæmonum, talis morbi vis, ut vix mentem colligere queam. Vatab.

Cogor



Cogor presentes illusores intueri, qui mihi A amarissimi, & molestissimi sunt. Sed quoniam dixerat: Non peccavi; confidenter adjungit: Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

Peccatum solam, aliud nihil nocere mortuuro potest. Iob. 33. Sept. Nicetas.

Sed peccatum non adit, nihil tibi in hora mortis nocebit, etsi circumcirca habeas Infernum totum. Si fuerit pro eo Angelus loquens unus de mollibus, ut annunciet hominis aequitate. Sept. Si fuerint pro eo Angeli mortiferi, unus eorum non vulnerebit eum. B Vbi Nicetas: Qui extremis cruciatibus exercetur, si perpeffionis suae causam in peccato consistere intellexerit, atque ad Deum de errato suo confessus, se converterit, impendentem mortem (spiritualem, si non temporalem) inhibebit, etiam si sexcenta sint, quae mortem accersant, atque laceffant.

Iob. 38.

Idem in Iob: Nunquid aperta tibi sunt porta mortis, aut ostia tenebrosa vidisti? Quenam haec? peccatum. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Peccata sunt ostia tenebrosa. Deus creavit hominem inextermabilem. Graecè: Vir incorruptibilis esset. Budaeus: Ad naturam non interituram. Mortem enim non fecit, sed homines manibus, hoc est, malis operibus, & peccatis accerserunt illam, &c.

Rom. 5.

Sap. 2. Graecè. Budaeus.

Psal. 139. Chald.

Vir linguosus non dirigitur in terra, virum D iniustum mala capient in interitu. Chald. Vir delatur lingua triplici, non habitare potens in terra viventium, virum pravum, & malignum venerabitur Angelus mortis, & detruhet in gehennam. Hebr. Virum iniquum malum venerabitur in propulsiones, & ruinas. Aug. Virum iniquum mala venabuntur in interitu. Undique scilicet mala exurgunt, ut venentur, ac inveniant peccatorem, ut eum in gehennem detrudant.

Hebr. Aug. Genebr.

2. Reg. 1. Hebr.

Peccatum conicit morientem in angustias. Saul ad armigerum: Sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustia. Hebr. Quia tenet me corona.

Peccatum solū angustavit Saulem, cum animam ageret.

Quid sibi vult? nunquid regnum à Deo non acceperat! Ah, Tenet me corona; Voluisti scilicet coronam hanc quondam contra Dei mandatum à memetipso in capite detinere, dum scilicet nō expecta-

vi Prophetam, sed timens, ne populus dilaberetur, Rexque sine populo essem, sacra feci: haec me tenet corona, hoc est, offensae omnes divinae Majestatis, postquam hanc habui coronam in capite, sunt meae mortis angustia.

Ex peccato, Fratres, est timor mortis. Concludam: Peccantem me quotidie, & nō Resp. 7. Offic. me poenitentem, timor mortis conturbat me. Defunct. Et Sap. 3. Iustorum anima in manu Dei sunt, Sap. 3. & non tanget illos tormentum mortis. Alii: Et non tanget illos tormentum malitia. Et, pro, quia, id est, non tanget illos tormentum mortis, quia non tanget illos tormentum malitiae: ubi enim malitia non est, tormentum non est, &c.

Antithesis de peccatorum, & iustorum morte.

PVNCTVM CXXIX.

Venit finis tuus pedalis praecisionis tuae. Ierem. 51. 13. Quid hic sibi vult Propheta? Sub arboris metaphorā loquitur de morte peccatoris, quam praecisionem pedalem appellat. Illic arborem vidisti? Ramum illum praecide, imperat Dominus. Post praecisionis huiusmodi tempus: Et illum praecide. Sic alias Mors pedalis alium. Tandem ad radices: hic est finis pedalis praecisionis suae. Sic, sic cum peccatore Deus. Radices hic egit peccator, affectus in terra defixit: arboris rami sunt filii, uxor, haec, quae possidet, bona terrae: filium aufert, ramum praecidit. Sed melior hinc ipse non fit: alium ad se colligit, ramum alium praecidit, &c. Sed quoniam deterior sit, ad arboris pedem ponit securim. Venit finis tuus pedalis praecisionis tuae. Id, quod evenit evangelicae arbori primum aliquamdiu expectata, & postmodum successit.

Impii de terra perdentur, & qui iniquè Prov. 2. agunt, auferentur ex ea. q. d. Non excidentur solū praecisis ramis, sed stipite, atque radicibus erutis extirpabuntur; quod Chald. Eradicabuntur ex ea. Heu,

Heu, qui sensus doloris, si modò sentire A  
posset arbor evulsa!

At justus, qui hic suas radices nò egit,  
quàm facili negotio divellitur! Et erit  
tanquàm lignum, quod plantatum est. Alii:  
Quod transplantatum est. q. d. facillimè ex  
hac terra morientium in eam terram vi-  
ventium. Ut Petrus talis erat! Velox est  
depositio tabernaculi mei, id est, facilis, &  
expedita est depositio, seu translatio ta-  
bernaculi mei, &c.

Peccatores violenta moriuntur morte  
per manus mortis ad instar carnificis.

Job: Devoret pulchritudinem cutis ejus,  
consumat brachia illius primogenita mors,  
evellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, &  
calcat super eum quasi Rex interitus. Primo-  
genita mors, primatia, validior mors, acer-  
bior, feralior, funestior ceteris, primo-  
genita, & princeps efficacitate, acerbitate,  
cruciatu, ac sensu doloris: hæc fortitudinis  
brachia, ceu carnifex, devincit, & consumit:  
hæc impios in crucem agit: hæc super eos quasi  
Rex calcat. Sed quid hoc? A carnifice ad Regem non transgreditur,  
sed carnifici morti potestatem dat regiam.  
Hoc est discrimen inter carnificem solum, & solum Regem, quòd ille,  
juxta præscriptam sententiam, separat animam à corpore, nihilque prorsus agit,  
quod Rex non jussit: sed si Rex fingatur  
calcare, ut vult, calcat, ut vult, stringit,  
quantum vult, in calcando moratur, si vult,  
cadaver membratim secat. Rex est. Mors calcat,  
ut Rex super impios, &c.

Quot bona videtur hic habere peccator,  
tot aufert mors. Hoc sibi vult illud:  
Devoret pulchritudinem cutis ejus. Quicquid  
peccator habet, in cute est, in exteriori  
apparentia, nihil solidi intus habet: externam  
hanc pulchritudinem, superbiamque vitæ devorat  
mors. Consumat brachia illius primogenita mors.  
O quantis mors brachia cogitationum, & negotiorum  
comminuit, si que concupiscentiam oculorum diripit!  
& calcat super eum quasi Rex. Carnem calcat,  
cùm de eà benè pasta, per vermes triumphat.

Hunc Regem super se calcantem Rex  
Speranza Scripturæ selecta.

Saul habebat, quando clamabat: Interfice  
me, quia tenent me angustie. Alii: Quia tenet  
me corona. q. d. Calcat super me, quasi  
Rex, interitus: quin ipse ego Rex Regem  
me calco: regnum ab aliis tam concupitum,  
à me tam malè administratū, nunc in has  
me coniecit angustias: angustia enim, &  
corona sunt idem, &c.

Non sic justus, non sic: Pretiosa in conspectu  
Domini mors Sanctorum ejus: hoc est, honesta,  
honorabilis: non enim per manum carnificis,  
sed per manum Domini moriuntur. Sic  
Moses mortuus est, jubente Domino, super os  
Domini, in osculo Domini. Hinc nec dentes  
illis moti sunt. Septuag. Neque corrupta sunt  
labia ejus. Chald. Neg. mutatus est splendor  
gloria vultus ejus, quem semel acquisivit in  
monte. Vatab. Maxilla ejus nihil defecerant,  
vel emarcuerat vivor ejus. Non obiit nimirum  
morte violenta, ut præfocati, sed suavi quasi  
somno conquevit. Pretiosa in conspectu Domini.  
Alii: Vitalis in conspectu Domini mors San-  
ctorum ejus.

Sed mors peccatorum pessima. Videamus:  
Mortuus est autem Rex Achab, & laverunt  
currum ejus, & linxerunt canes sanguinem  
ejus, & habenas laverunt. Alia littera: Meretrices  
laverunt currum ejus, & habenas. q. d. Hæc  
fuerunt in vita curricula ejus demeritæ,  
& habenarum arbitrii moderatrices, immò  
præcipitantes: qualis vita, talis mors, in qua  
meretrices laverunt corpus, canes linxerunt  
sanguinem, Dæmones tulerunt animam: hinc  
iun ed facta mentio operum ejus, domus cuiusdam  
eburnæ, civitatum quarundam, quas fecerat, &c.  
Opera eorum sequuntur illos. O infelicem!

Per simili morte uxor ejus Iezabel, ut  
scelerum socia, vitæ terminum fecit: Et præcipitaverunt  
eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum  
ungula conculeaverunt eam, & non invenerunt  
nisi calvariam, & pedes, & summas manus.  
Hæcine est illa Iezabel? Vbi Drogomarus:  
Decalvatus est tandem superbiæ vertex:  
non est jam, qui dignetur aspicere, nisi qui  
voluerit nefas ejus abhorretere, ut laver  
manus ejus in sanguine peccatoris, & velut  
equus fortis, & velox meretricem præjectam

Ecc jectam

Mors justorum  
facilis trans-  
plantatio.  
Psal. 1.  
Alii.  
1. Pet. 1.

Mors peccato-  
rum quasi  
violenta.  
Job. 18.

Mors velut  
rex calcat im-  
pios.

Peccatoris  
pulchritudo  
cutis in cute.

2. Reg. 1.  
Alii.

Psal. 117.

Deut. 34.  
Alii.  
Sept.  
Chald.

Vatab.

Alii.

Psal. 33.

3. Reg. 22.

Alii.

Mors Achab  
vitæ acta per-  
similis.

Apoc. 14.

Mors item Ie-  
zabelis.

4. Reg. 9.

Drogom.

jectam ungula sua conculcet, & transeat. A  
Propter hoc paries adhuc sanguinis re-  
hictus est, ut terreat viros sanguinum, &  
dolosos.

2. Par. 21.

Et regis Ioram.

Interl.

De Rege Ioram in Paralip. *Cumq[ue] dies  
succederet dies, & temporum spatia volueren-  
tur, duorum annorum expletus est circulus, &  
sic longa consumptus est tate, mortuusque est  
in infirmitate pessima (Interl. desperationis)  
& non fecit ei populus exequias secundum mo-  
rem, & sepelierunt eum in civitate David,  
veruntamen non in sepulcro Regum. Interl. B  
Quia debentur de libro viventium, &  
cum iustis in caelesti regno non scriben-  
tur, sed peribit memoria eorum, & no-  
men eorum non erit in memoria Sancto-  
rum. Iusti sepeliuntur in sepulcro Re-  
gum, quod seiplos, suasque passiones re-  
gere noverunt usque ad mortem; impij  
non in sepulcro Regum; sed sepultura  
asini sepeliuntur.*

Num. 23.  
Oleasti. ibid.

D. August.

Psal. 115.  
Psal. 33.Eccel. 11.  
D. Bernard.Mortem futu-  
ram estimare

Num. 23. *Balaam sic sepeliri  
voluisset: Moriatur anima mea morte ju-  
storum, & sint novissima mea horum similia.  
Vbi Oleaster: Volunt homines vivere ut  
peccatores, ut peccatores, & mori, ut ju-  
sti. Dominus autem non consuevit dare  
mortem iustorum, nisi iustis, sicut nec  
mortem impiorum, nisi impiis. D. Aug-  
ust. Vivite ergo bene, ne moriamini  
male: quoniam sicut non potest esse ma-  
la mors, quam bona vita praecessit; ita  
non potest esse bona, quam mala vita an-  
ticipavit. Omittamus nunc miracula  
Dei, tractemus communem ordinem  
ejus. Audierunt impij dicere, quoniam  
pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum  
ejus, & pessima sit mors peccatoris. Vti-  
nam diceret potius: Vivat anima mea E  
vita iustorum: quoniam naturali ordine  
sequitur mors bona vitam immacula-  
tam, &c. Qualis quisque vivit, talis  
communiter moritur.*

In Eccel. *Si ve ad Austrum, si ve ad Aequi-  
lonem ceciderit lignum, ibi erit. Bern. Qua  
patre casura sit arbor, si scire volueris, ra-  
mos ejus attende: ubi major est eorum  
copia, & ponderosior, inde casuram non  
dubites, si tamen fuerit tunc excisa. Sci-*

licet rami nostri, desideria nostra sunt,  
quibus ad Austrum extendimur, si spiri-  
tualia fuerint, si carnalia, ad Aquilonem,  
&c. Miraculo daretur, si ad sinistram ar-  
bor semper inclinata, in incisione ad dex-  
teram caderet.

Efficacissima historia in lib. Iud. Abi-  
melech ille Dux superbus in vita, ut talis  
in morte! *Vna mulier fragmen mola desuper  
jaciens illis capiti Abimelech, & confregit  
cerebrum ejus. Qui vocavit eum armige-  
rum suum, & dixit ad eum: Evagina gla-  
dium tuum, & percutite me, ne forte dicatur,  
quod a femina interfectus sim.* Judic. 9.  
Abimelech ut  
per vitam, sic  
& in morte su-  
perbus.

Vbi Chrysof. *divine, ut solet: Estne  
hoc tempus ineptiarum? Iam jam mori-  
turus haec cogitas? Iam jam mori-  
turus haec cogitas? Miser extrema  
horam ineptiis absumis? In hoc puncto  
punctum honoris cogitas? Qui sic vixit,  
sic moritur. O quot huic similes tunc  
temporis insanunt post vanitates, post  
ineptias, quibus in vita studuerunt, &c.  
tempusque illud brevissimum, in quo ad  
Deum converti debent, in vanissimis  
terunt cogitationibus!* Chryf. ibid.

At quam diversimode moriantur ju-  
sti, audiamus. De Abraham in Gen. *Et  
deficiens Abraham mortuus est in senectute  
bona, & plenus dierum; vel Hebr. Et satur  
vita praesentis hoc est, non cum affectu  
hujusce vite, sed iam satur, ut postea ali-  
qui dixit: Nunc dimittis servum tuum, Do-  
mine. q. d. Satur sum, Domine, &c. Sic  
Abraham mortuus est, Congregatusq[ue] ad  
populum suum. Interl. id est, ad Angelos,  
quorum concivis erat, etsi uxoratus in  
saeculo. O felicem iustorum mortem!  
quam evulsi ab hisce rebus moriuntur!* Genes. 25.  
Abraham sa-  
tur hujus vite  
mortuus.  
Hebr.  
Luc. 9.

Ad Moysen moriturum Deus: *Ascen-  
de, inquit, in montem istum Abarim, & ibis  
ad populum tuum. Vbi Intel. Perfectus  
non in valle moritur, sed in monte, id est,  
in alto loco: quia vitae ejus perfectio ha-  
bebat in excelso. Sic infra de Aaron:  
Ascenditq[ue] Aaron in montem Hor, juvante  
Domino, ibiq[ue] mortuus est. Quo loco Hie. D. Hiran-  
ron. legit: Ascenditq[ue] Aaron in montis mon-  
tem; quod declarat, id est in vertice  
ejus; & nota, non in monte simpliciter,  
sed in vertice.* Num. 27.  
Interl.  
ex Hebr.  
Aaron in mon-  
te mori-  
tus.

sed in montis monte moritur Pontifex. A ut dignus locus meritis ejus monstraretur. Alius in valle, alius in campis, alius moritur in monte, alius in monte montis. O felices, qui in tanta summitate moriuntur! &c.

Mortui moriuntur, qui iusti. Quo mysterio? Apoc. 14.

Psal. 54.

Ecclesi. 23. 15.

Mortis memoriam, & mentionem horret, præscicorū.

Annos 6. Alii. Tigur. Vatab.

Sap. 1.

Mortem impii mantes illam amicam, sponsiones posuerunt ad & fugiunt, & illam accerunt.

Isa. 28.

Iusti moriuntur mortui: peccatores vivi, & vivi in Infernum descendunt. Beati mortui, qui in Domino moriuntur: dicit jam mortuos mori: ergo nullo sensu, nullo labore, aut difficultate moriuntur. B At impii viventes, vitâ propriarū passionum moriuntur. Quo dolore? quo sensu? quanta difficultate? Sicq; viventes, nihilque mortificari in Infernum descendunt. Et descendant in Infernum viventes.

Peccatores contremiscunt ad sermonem mortis. Est loquela contraria morti, non invenitur in hereditate Jacob. Quid sibi vult loquela contraria morti? Ad literam, blasphemia, per verborum accommodationem perpetuus sermo de vita, quomodo protrahi possit, qua ratione salubriter produci valeat, horrescere ad cogitationem, multoque magis ad primum verbum de morte: hæc non invenitur in hereditate Jacob, in prædestinatis nimirum, qui libenter de morte cogitant, & de morte loquuntur: præscitorum est hæc loquela contraria morti, hic horror, qui eos invaserat, de quibus D Propheta: Separati estis in diem malum. Alii: Separantes diem malum. Tigur. Elongantes diem malum. Vatab. Qui in longinquum reiicitis diem malum. q.d. Quantum possunt, mortem elongant, & a se reiiciunt.

Sed quomodo sese habet illud: Impii manibus, & verbis accerserunt illam, & estis mortem impii mantes illam amicam, sponsiones posuerunt ad & fugiunt, & illam accerunt. E fugiunt? amica appellant perpetui mortis hostes; O quam verum, fratres! timent, & horrent ad nomen mortis, nec tamen suis sceleribus accire desinunt, quam dum putant amicam, sororemque germanam, sponsiones ponunt ad illam. Percussimus foedus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum, ut non nisi in decrepitate ætate mors veniat, & si fieri posset, nunquam veniret, quæ tamen citius venit,

quàm ipsi credunt. Anima prævaricatorum iniqua. Sept. Anima impiorum peribunt immatura. Idem alibi: Tollentur immatura anima impiorum, sed non iustum. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur acervus eritici in tempore suo. Quod Athan. legit: Venies, si iustus fueris, in sepulchrum, u seges matura suo tempore dimissa, & ut manipulus area in tempore collectus. An non talis Isaac? Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumptaque ætate, mortuus est, & appositus populo suo senex, & plenus dierum. O mortem iustum! Veniat pax, & requiescat in cubili suo, hoc est, pro cubili ipsam pacem habeat. Lazarus amicus noster dormit. Stephanus: Obdormivit in Domino. Ipse reges nos in sæcula. D. Hieron. ex Hebr. Ipse reges nos in morte. D. Hieron. ex Hebr. Ipse reges nos in morte.

Prov. 13. Sept. Ecclesi. 19. Job. 5. 26.

D. Athan. in Apolog. de fuga Gen. 35.

Isa. 57. Ioan. 11. Act. 7. Psal. 45. D. Hier. ex Hebr.

De horrore Iudicii super peccatorem in morte.

PVNCTVM CXXX.

SI repente interroges, quid respondebo? D. Thomas ait loqui de subitanea morte. Sept. Sic Septuag. Si repente morti tradideris, quis respondebit tibi? q.d. Cum tempus adest, rationes ineundæ parantur: sed si repente interroges, ac rationes perquiras, quis respondebit tibi: Mortis subitanea horror.

Viam eorum super caput eorum reddam, hoc est, omniem antea vitam super caput eorum verfabo, pueritiam, juventutem, virilitatem, senectam, ut totius vitæ reddant rationem, sentiantq; pondus, ac rigorem iudicii.

Post tot itinera, & magnalia Moyses forte putasset, Deum illius diffidentia Num. 17. oblitum, sed ecce post longos annos ait illi Dominus: Heus tu, Moyses: recordatisne, quid illic egeris, cum vice verborum percussione usus es? Ascende in montem istum Abarim. Hebr. Transitus ad Nabo, aut Nebel, quod est mensura Dei: q.d. ad Dei mensuram, & rutinam mensurandus. ac rutinandus es.

Ecc 2

Hinc

D. Hier. in  
Psal. 81.

Hinc D. Hieron. ad illud: *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Res formidabilis, inquit, res terroris plena; si Deos dijudicat, de peccatore quid faciet? *In medio.* Aquila: *In intimo Deus dijudicat.* Pagnin. *In intimo Angelos dijudicat; quid faciet de peccatore?*

Aquila,  
Pagn.

Psal. 49.  
Vatab.  
Hebr.

*Intelligite hac, qui obliviscimini Deum; vel istud, quæso, intelligite, ne quando rapiat per repentinam mortem, & non sit, qui eripiat. Sed quid intelligendum? quod tunc dixerat: Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Hebr. ex Genebr. *Instruam, & ordinabo (rationes) ob oculos tuos.* Metaphora à bello, hoc est, rationes sic involutæ, sicque deordinatæ te imparatum adorientur. Sic Hieron. *Proponam te ante oculos tuos.* In tota vita tui oblitus vixisti, te sic oblitum ante te ipsum proponam: tunc senties miser, quàm alienum fuerit à recta ratione plus aliis, quàm sibi attendere. *Proponam te ante oculos tuos.*

Hieron.

Sept.

*Sept. Statuam contra faciem tuam peccata tua.* Terrifica objecta! & monstra horrenda, quæ plus terroris incutient, inquit Basil. quàm ipsa Inferni monstra!

Gen. 4.  
Chald.

*Si male egeris, statim in foribus peccatum aderit.* Chald. *In diem iudicii peccatum tuum servatum est, in qua futurum est, ut ulciscatur de te.*

Isai. 59.  
Alii.  
Hebr.

*Peccata nostra responderunt nobis. Alii: Peccata nostra accusant nos, & scelera nostra nobiscum.* Hebr. *Et scelera nostra ante nos sunt. Et statuam contra faciem tuam.*

Pagnin.

*Pagn. Ordinabo in oculis tuis iudicium meum, q. d. In vita quasi alienis oculis iudicium vidisti, quasi tua videre non interesset, tunc in tuis oculis iudicium ordinabo, nec claudere poteris, & ordinabo iudicium meum, non quale tu putas: quin & juxta Chald. Ordinabo gehennam coram te, hoc est, necdum mortuus incipies Infernum apertum videre, Sed quod magis horrendum est, juxta Isidorum Clarium: *Statuam me contra oculos tuos.* Heu! quis hoc magis horrendum crederet? Post tergum tuum me semper infelix habuisti: ante oculos me tunc habebis. *Quid vis, te ipsum verte, me ante tuos oculos Iudicem videbis; quem videre noluisti placatum, iratum videbis.**

Chald.  
Clar.

*Arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

*Et stitabo, vertit Theodotion, hoc est, interprete Apollinare, confertissimum peccatorum omnium cumulum ob oculos tibi proponam.* Sic & Eusebius in Cat. Græca: *Statuam ad arguendum te ante oculos tuos peccata, quæ unquam fecisti, quæ tu quidem existimasti non amplius esse, nec in alicujus memoriam esse ventura, verum ego tanquam Deus illa traducam.*

Theodor.  
Apollin.

Euseb.

*Intelligite hac, qui obliviscimini Deum.* Cajet. *Intelligite nunc hanc legem. Quam? Qui vivens oblitus est Dei, moriens obliviscetur sui.* Quam? peccata non deleta per penitentiam, erunt tunc præ oculis per justitiam. *Quam legem? Qui nunquam voluit cogitare iudicia Dei, videat ea in morte contra se apertis oculis ordinari, &c. Intelligite nunc hanc legem.*

Cajet.  
Greg.

*Quid mirum, si in mortis articulo peccator obmutescit? Vt ille ad primam interrogationem obmutuit, qui vestem nuptialem non habuit! Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Iniquitas oppilabit os. Male sibi conscius non audebit mutare. Cujusvis auctoris mendacii os obturatum erit. Nulla tunc temporis erit excusatio.* Greg. *In illa distractione ultimæ incipationis, omne argumentum cessabit excusationis: quia conscientia cuiusque testis erit de veritate iudicii.*

Math. 22.  
Psal. 109.

Camp.

Chald.

Greg. homil.  
38. in Evang.

*Joan. 8. Tulerunt illi ad Dominum: Magister, hæc mulier, &c. tunc inclinavit se, & digito scrivebat in terra. Mirum! Visa scripturâ, subdit Evangelista: Unus post unum exhibant, inclinatis capitibus, mutine verbo. Quid hoc? Hier. ait, scripsisse eorum peccata: tunc demisso capite sine verbo. Græc. Unus post unum exierunt à conscientia redarguti. O quam horrendum vocari ad rationes!*

Joan. 8.

Hier.

*Convivabatur Rex ille Babylonis cum suis Optimatibus, & meretricibus. Tunc elevans oculos vidit manum quasi rationes scribentis contra candelabrum, ut tunc videret, quod nunquam antea videre voluisset. Ex quo tantoperè percussus est, ut toto corpore contremisceret, nihilq; aliud quàm eandem scripturâ fixis.*

Dan. 5.

fixis oculis intueretur. Quid hoc? Rationes inire debebat. Heu! si rationes reddendæ homini sic perturbant; quid reddendæ Deo? Ioseph in Gen. rationes reddidit homini, *Investigabat scripturas rationis.* Sic Chald. ubi nos legimus: *Vt quidpiam operis faceret.* Reddidit rationes homini mortali, ut ipse erat, tam diligens erat, ut scripturas investigaret, &c. nos rationes Deo reddendas cursum evolemus? sic negligentes? tam securi, B tam sine timore, &c.

Audi, totusque à capite ad pedes contremisce, dum hæc, quæ sequuntur, ex ore sanctissimi illius Patriarchæ Eleemosynarii attentè percipies. Ut æstimo ego humilis, dicebat, sufficit ad salutem astidue, & dolenter cogitare, & sollicitudinem habere de morte, quoniam nemo nobis in illa hora comparietur, aut comitabitur ex vita ista, nisi opera bona nostra. Et quomodo Angelis ventientibus, & properantibus, turbatur tunc anima, si inventa non fuerit præparata? quomodo rogat, ut addatur sibi modicum tempus vitæ, & audier: Quid enim? Tempus, quod vixisti, benè consumpsisti?

Et iterum dicebat, tanquam de semetipso: Quomodo, humilis Ioannes, transire poteris bestias arundineti, quando obviabunt tibi exactores? Væ! qualis timor, & tremor obtinet animam tunc rationem ponentem, tantis exquisitoribus, tam amaris, & immiseriordibus? Etiam Sanctus iste in memoria semper retinebat, quod Sancto Simeoni, qui in columnis stetit, per revelationem factum est norum: Quia, ut ait, exeunte anima è corpore, obviat ei, cum ascenderit à terra in cælum, chori Dæmonum, singuli in proprio ordine.

Obviat ei chorus Dæmoniorum superbæ, investigat eam, si habet opera eorum. Obviat chorus Spirituum detractionis, adspiciunt, si quando oblocuta sit, & poenitentiam non egerit. Obviat Dæmones fornicationis, scrutantur, si recognoscant in ea voluptates suas. Et quando à terra usque ad cælum misera

anima positura rationem pervenerit, seorsum ab ea sancti Angeli stabunt, & non adjuvabunt eam, nisi bonitates suæ. Hæc considerans hic nobilis, perterritus pro tali hora, & sollicitus factus est, ferens in memoria Sancti Hilarionis eloquium, qui cum è vita egressurus esset, formidavit, & dixit animæ suæ: Octoginta annos, ô humilis anima, habes serviens Christo, & times exire? Exi: quia misericors est. Et dicebat sibi Patriarcha: Si is, qui octoginta annos servavit Christo, & mortuos suscitavit, & signa fecit, timuit amaram illam horam, quid habes tu, humilis Ioannes, dicere, aut facere, quando obviaverint in faciem tuam crudeles illi, & immiseriordes exactores, & inquisitores? Ad quantos poteris rationem reddere? ad eos, qui exquirunt de mendacio: ad eos, qui de detractione: ad eos, qui de crudelitate: ad eos, qui de avaritia: ad eos, qui de memoria mali: ad eos, qui de odio: ad eos, qui exquirunt de perjurio? Et dementatus dicebat: Deus, tu eos increpa: nam omnis fortitudo hominum eis resistere non valet. Tu, Domine, da nobis ductores Sanctos Angelos, qui custodiant, & gubernent nos: multa enim est contra nos eorum insania, multus tremor, multus timor, multum periculum pelagi, æris hujus. Si enim de civitate in civitatem super terram ambulantes, deprecamur eos, qui nobis ductores sunt, ne in præcipitia cadamus, aut in aggregitium bestiarum loca, aut inaccessibiles & invios montes, aut in latronum manus, aut in eremum incomprehensibilem, aut in aquosam, & pereamus: quot ductoribus fortibus, & divinis custodibus opus habemus, pergentes longa via hac, & æterna, videlicet quæ ex corpore est egressio, & ad cælum ascensio? Hæ sunt sapientia plene Beati ad se, & ad omnes doctrinæ: hæ sunt ejus quotidianæ curæ, atque meditationes.

Ecc 3.

Quid

Gen. 19.  
Chald.In Vit. Pat. in  
Vit. ejusdem  
Ioan. Eleem.  
Vtilis cogitatio  
de morte.Anima egredi-  
enti de corpo-  
re Dæmones  
obviant, ut  
sua in ea opera  
perquirant.Viget se me-  
moriam. S. Hi-  
larius.

*Quod Beata Virgo est adjuatrix in hora mortis.*

PVNCTVM CXXXI.

Luc. 7.

Quam bonum defuncto illi apud Lucam juveniam habuisse matrem! quam melius cuique in hora mortis quam propitiamque habere Matrem Dei!

*Mater Dei morientium potens advocata.*

Væ nobis, si tunc Virginis protectio non adesset. Ecce descendit ad vos Diabolus habens iram magnam, sciens quoniam modicum tempus habet. Quem tunc non devoraret, nisi eum Virgo compesceret?

D. Bern. in meditatione hujus horæ dicebat plorans: Anima mea, quid ages tunc, cum in lectulo, posito corpore, exitura eris ex hac vita? Quis erit tuus socius itineris, per quod non apparet vestigium hominis? Quis ad Iudicem te deducet? Quæ fors tua erit, bonæne, an malæ? Quis te defenderet? Quis te liberabit? *Considerabam ad dexteram (bonorum operum) & non erat, qui cognosceret me, perivit fuga à me. Quid misero reliquum? Clamavi ad te, Domina, dixi: Tu es spes mea.*

Hinc Ecclesia: *Maria, Mater gratia, &c.* Sic tam sæpè in salutatione angelica: *Ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostra, &c.* O quam horribiles sese offerunt Dæmones animæ e corpore migraturæ! Nonnullorum sententia est Patrum, quemlibet in mortis articulo visibiliter Dæmones videre. Iob: *Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Vatab. Cogor presentes illusores intueri, qui mihi amarissimi existunt.* David: *Dolores Inferni circumdederunt me.* D. Hieron. *Munitiones Inferni circumdederunt me.* Alii: *Chorus malignantium circumdedit me.* Alii: *Funes Inferni circumdederunt me.* q. d. Exercitus Dæmonum me obsedit, qui me peccatorum funibus in barathrum pertrahere conatur: & hinc sudores, hinc oculi, veluti Dæmoniæ, prominentes,

*Dæmones morientibus se exhibent videndos.*

Iob. 17.  
Vatab.  
Psal. 17.  
D. Hier.  
Alii.

A ac formidabiles: hinc conatus fugæ: hinc nulla in lecto quies: hinc tam insoliti motus. Dicunt Medici, hæc esse symptomata, accidentia morbi, sed Sanct. Ephrem in parænesi de morte, hæc inde ait oriri, quia formidabiles exercitus invadunt eos, & vident ea, quæ nunquam antea viderunt: vident formas peregrinas, & validas: vident facies severas, & austeras: vident sine ordine ordinem nunquam antea conspectum, &c. *Cæperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Græc. Venati, & insidiati sunt vita mea.*

*Moribundi ex conspectu dæmonum in lecto inquieti. S. Ephrem.*

Psal. 58.  
Græc.

Sed quis fugabit? quis depellet? Egre dicitur *virga de radice Jesse. Consurget Israel, & percutiet duces Moab, Hebr. litigans.* O quam acres accusatores, ut inquit ille! & quam litigiosi, ut animæ dominium non amittant! Ex historia de filio S. Brigittæ, &c. Sed virga hæc mystica fugabit, hæc percutiet infernales duces. Sic Bonavent.

Isa. 11.  
Num. 24.  
Hebr.  
*Mater Dei virga fugans dæmones.*  
Lib. 7. revel. c. 13.

Virga hæc in figura à Patriarcha Jacob morti proximo, & particulari quodam scrupulo vexato fuit adorata, ut sibi vel nondum nata, sed nascitura, in eodem articulo esset auxilio. Sic Bernardinus Senensis. Ajunt enim quidam, tunc Jacob quasi de diffidentia pertentatum, quod quodammodo peccasset, licet nullatenus peccarit, mittendo filium suum Joseph ad perquirendos fratres, quos malè affectos in eum noverat. Dicebat autem sibi: Non credebam, &c. at scrupulus: Credendum id fortè erat. Sed immanitas hæc erga fratrem? Quidni? prævidenda erat. Et in hac tentatione. *Conversus ad lectuli caput, adoravit fastigiū ex Hebr. virga ejus. Virginem aimirum nascituram, ex cuius meritorum prævisione, ut D. Bernardinus inquit, multa Deus beneficia hominibus creditur contulisse. Sic probabile est Jacob posteam hanc ex suo semine nascituram prævisam adorasse, ac tunc temporis ejus auxilium implorasse. In fraude circumventium illi assuit, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum, & dedit illi claritatem æternam. Quid non solum ad litteram de Jacob, sed mysticè de quovis Virginis devoto possumus intelligere, ut gravis quidam Doctor*

Sap. 10.

*Virginis patrocinium.*

Doctor

Doctor intelligit: adest enim in fraude A circumvenientium, & custodit ab inimicis, nec discedit, donec ille suo auxilio vitam consequatur aeternam.

*Si fuerit pro eo Angelus loquens unus de millibus, ut annunciet hominis aequitatem, Septuag. Si fuerint mille Angeli mortiferi, unus eorum non vulnerabit eum. Quid Regina Angelorum, si Angelus sic potest?*

Quo tempore conterritus erit homo, ut habet Isaias, *Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebra, dissolutio, & angustia: & ut habet Iob: Vident, & venient super eam horribiles. Tunc ad Mariam turrim refugium erit. Turris David, qua adificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea. Cassiod. & Theod. legunt: Innumeri clypei pendunt ex ea. D. Ambros. Mille ostia aperta sunt. Ut hinc colligas, quam facile, quamque tutum refugium habeas ad Mariam. Turres mundi unicum ostium, & hoc clausum habent: at undequaque patet aditus ad Mariam per refugium: devotio illa, ostium est; corona, ostium est; Officium, ostium est; Rosarium, ostium est; ejus vigiliae, ostium; & per horum quodlibet tibi aditus patebit.*

Vae his, qui in hac vita sibi ex his aliqua aperta non habent: clausa & in morte inveniunt. *Et clausa est janua ne scio vos. D. Mille clypei pendunt ex ea; ut a facie Daemonum profugus ad eam confugas, & in ea innumerabilibus clypeis protegaris*

*Terribilis haec est, Fratres mei, ut castrorum acies ordinata, ut formidabiles exercitus in fugam convertat*

O quam necessaria haec in illa hora! *Quis crederet? Cum Diabolus altercatus de Moyse corpore. Quae altercatio haec? Patres Catena Graecae juncti, ob Moyse inobedientiam, Diabolum non solum animam, sed & corpus ejus voluisse. Heu! in anima, & corpore? pro inobedientia ex communi opinione veniali tanta audebat? quid pro inobedientia nostris, ac omnium ferè praeter, totum transgressio- nibus audebit, si Virginem in nos propitiam non habuerimus? &c. Haec tunc temporis maxime ostendit pectus, &*

ubeta, ut ait Ber. haec tunc suos adjuvat, &c. *Frater in angustiis comprobatur. Haec, quae nos plusquam frater, & plusquam mater diligit, quid non faciet, si ejusdem semper erimus devoti? &c.*

Cujus certè devotionis necessitatem ex misero peccatricis animae statu in illo agone pende. Pensandum quippe est, (dictum mirabile Petri Damiani Cardinalis de hora mortis) cum jam peccatrix anima vinculis incipit carnis absolvi, quam amaro terrore concutitur, quantis mordacis conscientiae stimulis laceratur. Recolit vitia, quae commisit, videt mandata, quae negligenter implere contempsit, dolet indulta poenitentiae tempora se inaniter percepisse, plorat immobilis districtae ultionis articulum sibi inevitabiliter imminere. Manere satagit, ire compellitur.

Recuperare vult perditam, & non auditur. Post terga respiciens totius transactae vitae cursum, velut unum brevissimum depurat passum. Ad se oculos dirigit, & infinitae perennitatis spatia depicendit. Plorat itaque, quia amisit, quam brevi spatio acquirere potuit omnium laetitiam saeculorum. Desert etiam, se propter tam brevem illecebrosae carnis voluptatē, inenarrabilem perpetuae suavitatis amisisse dulcedinem. Erubescit; quod propter substantiam, quae vix mib9 erat obnoxia, illam neglexit, quae choris angelicis erat inferentia. Tam radios mentis attollit, & cum divitiarum immortalium gloriam contemplatur, eam propter inopiam vitae hujus perdidisse confunditur. Cumque sub se reflectit oculos ad hujus mundi convallem, tantam caliginem, supra se verò nitatur aeterni luminis claritatem, liquido comprehendit, quod nox erat, & tenebrae, quod amavit. O si residuum poenitentiae tempus mereri posset, quam durae conversationis iter arripere, quae lia, & quanta praemitteret! quantis se devotionum vinculis innodaret! In creta dum hebescentes oculi contabescunt, dum pedes palpitat, dum rancum guttur anhelat, dentes paulatim nigrescunt, & quaa-

*Petri Dam. Card. dictum mirabile de hora mortis.*

*Hominis moribundi graphica descriptio*

Iob. 33. Sept.

Isa. 8.

Cant. 4. Cassiod. Theod. Ambros.

Ad Virginum multiplex aditus.

Cant. 6.

Judic. 1. Cat. Graec.

Demon quae de re altercatus cum Angelo.



& quendam velut rubiginem contrahunt, pallefcunt ora, & membra cuncta rigefcunt.

Dum hæc itaque, & hujusmodi, tanquam vicinæ mortis præcedentia famulantur officia, adfunt omnia gefta fimul, & verba, nec etiam ipfæ cogitationes defunt: & cuncta hæc amarum adversus authorem testimonium reddunt. Coacervantur omnia ante oculos refpicientis, & quæ refpicere refugit, coactus, & invitatus attendit.

Adeft præterea hic horrenda Dæmonum turba, & illic virtus angelica. In eo, qui medius eft, liquidò deprehenditur, cui poffeffori vindicetur: nam fi pietatis in eo videntur infignia, invitationis angelicæ blanditiis definitur, atque harmonicæ melodiæ dulcedine, ut exeat, provocatur. Quod fi cum parti finiftre, meritum nigredo, & fœditatis fqualor adjudicet, mox intolerabili terrore concutitur, repentini impetus violentia tuebatur, præcipitatur, invaditur, ac de miferæ carnis ergaftulo violenter eripitur, ut ad æterna fupplicia cum amaritudine pertrahatur. Iam verò poft egreffionem de corpore, quis explicare valeat, quot armatæ in quorum fpirituum acies in infidiis lateant? quot frementes cunei feralibus pœnis inftrecti iter obfideant & ne transire poffit anima, velut militat? more conftrictæ legiones oppugnent?

*Athan. in Vita Anton. Raptum Antonium Dæmones perferunt, ac retinere conantur.*

Raptum fe quondam fenfit Magnus Antonius, & ab Angelis in fublime deferri: prohibentibus autem tranfitum aëris Dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ effet caufa retinendi, nullis exiftentibus in Antonio criminibus. Illis verò ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumniofa. Angeli ora claufuerunt, dicentes, non debere eos à natiuitate ejus delicta narrare, quæ jam Chrifti effent bonitate fopita: fi qua autem fcirent ex eo tempore, quo factus effer Monachus, & Deo fe confecraffer, licere proferri. Accufabant Dæmones multa procaciter mentientes; & cum deeffent probamenta fallacibus; liber Antonio confenfus aperitur.

Animam Deo redditura putiffima illa Virgo, & Martyr Catharina, hunc in modum oraffe dicitur: Memento, Domine, quod fumus caro, & fanguis, & ne permittas, ut quæ à me facta funt per ignorantiam, in apertum proferant acies rerum noftrarum examinatores ante tuum terribile, & incorruptum tribunal. Quis ergo Tartareas legiones non timeat?

Quid quod vel Dei Filium in hac hora leviffimus tentator credidit circumvenire? nam ubi nihil fe profeciffe vidit in tentatione deferti, reliquit eum; vel, ut Lucas habet, recessit ab eo; sed ad tempus, reverfurus fcilicet ad tempus Crucis. Sic D. Thomas, quafi quod non potuiffet in vita, fperaret in morte. Quod fi tantum fperavit in viridi, in arido quid fperabit?

Sed tamen fi confiftans adversum me castra (infernalium) non timebit cor meum, confifum in te, ô Virgo. Si exurgat adversum me praelium, in hoc, tuo auxilio, ego fperabo. Et si ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam in mecum es. Virga tua, & baculus tuus, quibus Inferni hoftes in fugam abire compellis, ipfa me confolata funt. Parasti in confpectu meo mensam sacramentalem, adversus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo extremocaput meum, & calix meus inebrians, quam præclarus est!

Quid relinquam, ô Virgo? Et mifericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, ut inhabitem in domo Domini in longitudine dierum. Quid? confidisse? Heu ingentia, innumeraq; funt peccata mea! Diffidis ergo? Sed, quæ fo, bonæ fpei funiculum arripe, ac tandem aliquando ex hac abyffo extrahi patiare. Notat Chryf. vulgatum illum penitentia Pfalmum, poft adulterium admiſſum, ac homicidium perpetratum, In finem inſcriptum eſſe, quaſi ad Chriſtum, ſpem omnium peccatorum, relatum, quaſi dicat: Nemo in profundum deſperationis mergatur, ſed ſpem quiſq; concipiat, atq; ad tutiſſimum illum ſalutis portum appellat. Illud etiã proſpiciens, inquit Chryſ. fore, ut populus in flagitia laboretur, ac ob ea captivitate oppreſſus in Babyloniam migraret, in hoc argumentum Pfalmum con-

*Metaph. apud Lippom. tom. 5.*

*S. Catharina martyris mortura orationcula.*

*Dæmon & Chriſtum ſubire? nam ubi nihil fe profeciffe vidit in mortem tentavit.*

*Matth. 4. reſerſurus ſcilicet ad tempus Crucis. Luc. 4.*

*D. Thom.*

*Pfal. 29.*

*Pfal. 21.*

*Chryſ. in Pfal. 50.*

conscriptis, ut ipsius calamitas posteris medicina fieret, ejusque naufragium, ipsis portus existeret, atque per ea, quae ipse passus fuerat, ac sanitatem receperat, alii, qui in eundem morbum incidissent, eodem medicinae, atque curationis genere fruerentur. Deinde Psalmum elucidans, subdit:

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Ad misericordiam, inquit, confugio, hoc est, ad communem omnium, qui peccaverunt, portum: Miserere mei, Deus. Nam misericordia tua nullis verbis explicari potest, omnem sermonis vim excedit. Quam tamen Chryl. ut potest, in insigniores peccatores collatam perpendit, ac à Saulo incipit.

Gratias, inquit, ago ei, qui me confortavit, Christo, quando fidem me existimavit, ponens in ministerio, qui prius eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus.

Videsne, quemadmodum hic quoque per misericordiam salute donerit? Ecclesiam insectabatur, ac pervallabat, vineas evellebat, lupum se prebebat, prophetica scripta legebat, & Prophetas violabat. Legis patris patronus eum, de quo vaticinia edita fuerant, ignorabat. Quoniam igitur pacto misericordiam consecutus est? Saulo, Saulo, quid me persequeris? Papae! quousque Dei misericordia sese demisit? Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. O insignem Domini sapientiam? Cur non dixit: Ego sum Dei Filius: ego sum, qui ad dexteram Patris sedeo: ego sum, qui in forma Dei existo: ego sum, qui celum extendi: ego sum, qui terram constabili vi, qui mare exporrexi, qui ubique adsum, atque omnia impleo? cur, inquam, & augusta ista, & magna & sublimia non dixit, sed Ego sum Iesus Nazarenus, qui ex infima civitate ortus sum? Nimirum Dominus eousque se demisit, quousque servus ascendere poterat: quod si sublimia illa dixisset, perterritus ille, forsitan, si potuisset, in fugam abiisset. Sed propter hoc misericordiam consequutus sum.

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Ad eundem modum Chananæa quoque ad misericordiam etiam expetit. Speranza Scripturae selecta.

A hanc confugit: Miserere mei, filia mea male à Damono torquetur. Vbi enim misericordia est, poenae non expetuntur. Vbi misericordia est, excusationem afferre nihil necesse est. Misericordiam duntaxat quaero. Cura me. Ut rationes referam, postulas? Misericordiam duntaxat peto, ac salutem curiosae omnis inquisitionis expertem.

B Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam, dic quam? Nescio: nam quod magna sit, perspectum habeo; ac eam metiri, ac comprehendere nequeo. Magnitudinis quantitatem ignoro, mens eam non percipit, lingua non explicat. Video quidem certe ingentem, & uberem misericordiae fructum. Nisi enim ingens ipsius magnitudo esset, pauci ad salutem pervenissent. Hanc misericordiam ipse quoque filius indicat. Veniens enim salutem omnibus per misericordiam comparavit.

C Miserere mei, Deus. Tu, inquam, portus ab omnibus fluctibus vacuus, ac tranquillitatis plenus. Magnus peccatorum meorum cumulus est, sed ingens benignitatis Domini mei securitas. Homo factus est, hoc misericordiae est.

D In virgineam vulvam venit, hoc benignitatis est. Factus est id, quod ipse eras, ut quod non eras, efficiaris, hoc rursum misericordiae. Et cum venisset, statim quosdam vocavit, Magos nempe. Quem autem post illos? Publicanum: post hunc meretricem: post illam latronem; post eum quem? blasphemum. O res novas, inauditas! Primitiae vocationis istae sunt, qui peccati tyrannidem tenebant. Quoniam enim Orbis terrarum negotia in misero statu erant (alii enim ab impietate tyrannidis opprimebantur, alii in Iudaismo, & salutis desperatione à peccato tenebantur) propterea cum venisset, primitias eorum, qui peccaverant, statim vocavit, ut ne quis postea salutem suam desponderet. Impius es? Magos ob animum tibi propone. Raptor es? Publicanum cogita: Impurus es? animo tuo meretricem se se obiciat. Sicarius es? Latro ille ante oculos tibi verferetur. Flagitiosus

Misericordiam Dei quot modis se ostendit.

Improbissimos quosq; vocaverit, ut nemo desperet.

Psal. 50. Misericordia Dei communis omnium peccatorum.

I. Tim. 1.

Misericordia salvatus Paulus.

Act. 9. Paulocur dicitur: Ego sum Iesus, &c.

Misericordia Chananæa etiam expetit.

tiosus es? In mentem tibi veniat Paulus, A qui prius blasphemus erat, postea Apostolus, prius persecutor, postea Evangelista, prius zizanium, postea criticum, prius lupus, postea pastor, prius plumbum, postea aurum, prius prado, ac pirata, postea gubernator, prius Ecclesiam diripiebat, postea Ecclesiam curam suscepit, prius vineas exscindebat, postea eas excolebat, prius templum evertebat, postea extruebat. Vidisti singularem improbitatem? Vidisti rursus florentem, ac vegetam virtutem? Vidisti servi conrinnaciam? Vidisti rursus Domini benignitatem? Ne mihi dicas: Blasphemus sum. Ne mihi dicas: Persecutor sum, impurus sum. Habes horum omnium exempla. Ad quem voles portum, confuge. Vis in veterem? Davidem habes. Vis in novum? Paulum. Ne tergiverferis, ne cuncteris. Peccasti? pœnitentiam age. Millies peccasti? millies pœnitentiam age.

*Miserordia  
Dei prædicatione  
erigendus  
in quam peccator.*

Hæc pharmaca subinde adhibeo, ac tumorem reprimo: non enim me fugit, quortus in eorum, qui peccaverunt, conscientia cruciatus sit, quanta desperatio. Stat in prociatu Diabolus ensẽm acuẽs, atque his verbis utens: Totam tuam juventutem probo, ac dedecore affecisti: totum vitæ tuæ tempus perdidisti. Prius scortator eras: postea rapuisti, ac suum alteri detraxisti: perjurio, & blasphemia re constrinxisti. Quenam tibi salutis spes esse queat? Actum est de te. Nihil aliud superest, quam ut presentis saltem vitæ voluptatibus fruaris. Hęc Diaboli verba sunt. At mea contraria? Peristi? at salutem consequi potes. Stupris, ac libidini operam dedisti? at pudicitiam studere potes. Adulterium admisisti? at hac labe liberari potes. Cecidisti? at resurgere potes. Exigita pœnitentia tua. At? at magna Domini benignitas. Cædem perpetrasti? suum alteri ademisti? at meliorem mentem induc. Adulterio te devinxisti? at ab eo te remove. Sauciarus es? at medicinam adhibe. Quamdiu spiritus, etiam in lecto, sic illic jacens, etiam si animam agas, ac jam jam ex hoc theatro, atque ex hac vita excessurus sis, tum

*Pœnitentiam  
vel mori  
proximus agere  
potest.*

pœnitentiam age. Temporis quidem angustia premeris: at Dei benignitas multa est.

Ne mihi dicas: Qui istud, & quonam pacto? Ulcerebus scateo, vulneribus plenus sum: an extremo vitæ die pœnitentiam agere possim? Tu verè potes, & quidem vehementer potes. Ora: piis largitionibus egentium inopiam subleva: in testamento tuo ipsis aliquid relinque.

*Quomodo hæc*

Ne dicas: Quomodo salutem adipiscar? Quonam modo latro ille salutem adeptus est, qui omnem vitæ cursum in cædibus, ac cruoris profusione consecerat? quonam modo? Unico verbo: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Et hoc verbum valuit: sed & Dei misericordia cum pœnitentia conjuncta latronem Paradisi civem effecit. Quonam modo? Nescio quonam modo. Ne modum à me exquiras, salutem tantum quero. Audes dicere, quomodo? Deus est, qui operatur. Quor adulteri, quor molles, quor pædicones, quor affectatæ tyrannidis convicti in vinculis tenentur? Innumera accusationes, acerbi hostes, ingens potentia. Et tamen solo Regis nutu liberantur! Quid? Rex, confectus meus, (quam vis enim purpuram gerat, nihil tamen, quantum ad substantiam attinet, meliore, quam ego, conditione est) Rex, inquam, solum annuit, & illi solvuntur, statimque ut breve diploma conscriptum est, reus liberatur. Non Præfectus repugnat, non carceris custos obstitit, non legum autoritas adversatur, verum Regis amplitudo eum, qui vincus tenetur, in libertatem asserit: & Deus, qui Archangelorum, & Angelorum Dominus est, solo nutu salutem asserere non poterit? Et quidem Rex, cum eum missum facit, supplicio quidem eum solvit, nõ a peccato: at Dominus meus peccata remittit. Dicit: Nolo adulterium esse adulteri: & statim ipsius sermo in opus prodit. Dicit: Fornicator non jam sit fornicator, & statim ipsius sermo mores ejus immutat, ac peccatum recundit. Atque ut hoc ita esse intelligas, dixit: Cælum fieri volo, & cælum factum est. Terram fieri volo, & substantia illa ex nihilo in

*Peccata quidem  
sua illi Deus  
abolere queat.*

ortum

ortum producta est. Angelos fieri volo, & Angelorum agmen confestim exiit. Quid? Substantias intelligentiâ præditas, & corpora, quæ prius non erant, ipsius sermo effecit, & peccata soluere non potest? Quid enim est peccatum, si cum Domini benignitate conferatur? Araneæ, ut ita dicam, tela. Ventus flat, & araneæ tela dirumpitur: Deus vult, & peccatum non dissolvitur?

Et quoniam hoc in loco communis B obiectio fieri posset, longè majus esse peccatorem iustificare, quam creare universa, utpote minimè abnuentia, nec ullo modo Creatori reluctancia, & proinde ipsummet etiam peccatorem ad suæ propriæ justificationis opus concurrere debere; subdit Chryl. Deus quidem misericordiam impertit, ac non id simpliciter, verum ait: Da tu quoque aliquid. Verbi gratia, infinitis peccatorum sarcinis premeris? delicta multa habes? Ea levare volo, manum tu quoque porrigere: non quòd ego opus habeam, sed quia te etiam ad tuam salutem aliquid erogare volo. Et quonam pacto latro ille salutem est consecutus, ac tot peccata dissolvit? Nimirum non per misericordiam solam, sed etiam per suam fidem. *Memento mei, inquit, dum veneris in regnum tuum.*

Quidnam Deus ad ipsius salutem contulit? Peccatorum solutionem. Quid latro? fidem. Qualem? magnam, sublimem ad cælum ipsum attingentem. Quonam modo? Ego exponam. Iudæi mortuos ad vitam revocari, leprosos purgari, Demones è corporibus pelli, maris furorẽ tanquàm injecto fræno reprimi, terram scaturire, piscem scaterem afferre, stellam Magos ducere, cælestes, & terrenas creaturas velut satellitum officio fungi viderunt: & tamen eum in crucem sustulerunt. Latro nihil horum vidit, quin potius eum conspui, contumeliis affici, maledictis configi: nec tamen offendiculum subijt: verum cælorum Regem confessus est. Videsne, quemadmodum misericordiam non simpliciter sit consecutus, verum ipse etiam aliquid rogavit? Opus enim est, ut is, qui mi-

sericordiâ consequitur, ad salutem suam ipse quoque aliquid momenti adferat.

Et paulò inferius: Dic (nimirum peccata) & lacrymas funde. Peccata tua in libro scripta sunt: spongiæ autem instar sunt lacrymæ tuæ. Lacrymas mitte, & purus oblitterantur: lacrymas mitte, & purus illic liber invenitur. Magna peccatorum spongia sunt lacrymæ. Magna lacrymarum vis est. Vis, dicam, quantum lacrymæ valeant? Animum, quæso, diligenter attende. Quodnam ingens virtutis munus tibi esse videtur? Martyriũ dices? Majorem enim hac charitatem nemo habet, quàm ut ponat quis animam suam pro amicis suis. Re vera maximum virtutis munus martyrium est: quando-

quidem Martyres sanguinem profundunt. Apertum enim est, quod Martyres agunt, Martyres sanguinem fundunt, peccatores lacrymas fundunt. Atque ut, quanta lacrymarum vis sit, intelligas, meretrix illa sanguinem effudit? Annon lacrymarum duratæ fontes effudit, atque hac ratione peccata delevit? Et quid meretricem, atque impuram feminam comemoro? Columna illa Ecclesiæ, illa fidei basis, illud apostolici Chori caput Petrus annon semel, & iterum, ac tertio Dominum abjuravit? An verò propterea cruorem effudit, ac non potius lacrymarum fontes? Lacrymas fudit, ac ploravit, & peccatum suum absterxit. Hucusq; Chryl.

Quis, rogo te, his auditis, desperatio- ni est locus? Certè nullus. Adhuc tamen D. Anselm. ex Divo Anselmo hæc efficacissima capere Oratio devota motiva fiduciæ. O tu, inquit ad Virginitatem, benedicta super mulieres, quæ Angelos vincis puritate, Sanctos superas pietate: anhelat moribundus Spiritus Dominum nomen ad tantæ benignitatis respectum: sed erubescit ad tanti nitore conspectum. Rogare enim te, Domina, desidero, ut miseracionis tuæ respectu cures plagas, & ulcera peccatorum meorum: sed confundor coram te obfæctorem, & sordes eorum. Horreo, Domina, apparere tibi in imunditiis, & horroribus meis, ne tu horreas me pro eis, & non possim, vae

Fff 2 mihi,

Peccata nobis non absq; nobis admittit.

Latronis boni maxima fides.

Lachryma spongiarum similes.

Lachryma poenitentium sanguinem exaquant martyrium.

D. Anselm. Oratio devota ad glor. Dei Genitricem, & ad pietate: Spiritus Dominum nomen ad tantæ benignitatis respectum: sed erubescit ad tanti nitore conspectum. Christum.

*Peccata non  
sanantur absq[ue]  
confessione, &  
confusione.*

mibi, vivere sine eis. O perturbata, & A  
confusa præcavenda conditio! En quip-  
pe vos, peccata mea, quomodo discer-  
pendo distrahitis, distrahendo corrodi-  
tis, corrodendo torqueris præcordia  
mea? Eadem enim peccata mea, & Do-  
mina, cognoscia te cupiunt propter cu-  
rationem: apparere tibi fugiunt, propter  
execrationem: non sanantur sine confes-  
sione, nec produntur sine confusione. Si  
celantur, sunt insanabilia: si videntur, B  
sunt detestabilia. Urrunt me dolore, ter-  
rent me timore. Mole me obruunt, pon-  
dere me premunt, pudore me confun-  
dunt. O tu, illa pie potens, & potenter  
pia Maria, de qua fons est ortus miseri-  
cordiæ, ne contineas, precor, tam veram  
misericordiam, ubi tam veram agnoscis  
miseriam: si enim ego confundor in ob-  
scenitate iniquitatis meæ ad fulgorem  
tuæ sanctitatis, tunc, Domina erubescas  
erga miserum, effectum iustæ pietatis?  
Si ego confiteor nequitiam meam, tunc  
abnegabis benignitatem tuam? Si major  
est miseria mea, quam mihi expediat,  
eritne minor misericordia tua, quam te  
deceat? Quanto enim, Domina, magis  
delicta mea in conspectu Dei, & tuo sor-  
dent, tanto magis curatione, & tua sub-  
ventione egent.

Satis, & Domina, satis novimus, quis D  
filius hominis, vel cur is hominis filius  
venit, scilicet salvum facere, quod peri-  
erat. Nunquid ergo tu, Domina mea,  
Mater spei meæ, nunquid oblivisceris tu  
odio mei, quod mundo tam misericordi-  
ter est intumatum, tam feliciter divulga-  
tum, tam amanter amplexatum? Ille bo-  
nus filius hominis venit perditum spon-  
te salvare, & Mater Dei poterit perditum  
clamantem non curare? Bonus ille Fi-  
lius venit vocare peccatores ad poeniten-  
tiam, & Mater contemnet precantem in  
poenitentia? Ille, inquam, bonus Deus,  
mitis homo, misericors filius Dei, pius  
filius hominis venit quætere peccatorem  
errantem, & tu bona Mater ejus, potens  
Mater Dei, repelles miserum orantem?  
Ecce enim, & Virgo, homo, de quo natus  
est Deus homo, ut salvaretur peccator  
homo. Ecce coram bono filio tuo, &

cofam te, bona Matre ejus, poeniret, & A  
confiteretur, gemit, & orat peccator homo.

Obscuro vos, bone Domine, & bona  
Domina: obscuro vos, pie Fili, & pia  
Mater: obscuro vos per hanc ipsam veri-  
tatem, per hanc singularem spem pecca-  
torum: ut sicut verè tu es filius ejus, &  
tu Mater ejus, ut salvetur peccator, sic ab-  
solvatur, & curetur hic peccator: probe-  
t in se, probe tunc hic vester peccator, quia ve-  
rè estis. Sentiat in se, quia propter salutem  
peccatorum estis tu Fili, & tu Mater. Videtur  
certè amorum peccatorum: cum n. pecca-  
vi in Filium, irritavi Matrem: nec offendi Ma-  
trem sine injuria Filii. Quid ergo facies,  
peccator? Quò ergo fugies, peccator?  
Quis enim me reconciliabit Filio, inimi-  
ca Matre? quis mihi placabit Matrem,  
irato Filio? Sed estis ambo pariter offensi  
estis, nonne & ambo clementes estis? Fu-  
giat ergo reus justi Dei ad piam Matrem  
misericordis Dei. Refugiat reus offen-  
sæ Matris ad piæ Filium benigne Ma-  
tris. Ingerat se reus utriusq[ue], inter utrum-  
que, iniciat se inter piæ Filium, & Ma-  
trem piæ. Pie Domine, parce servo  
Matris tuæ. Pia Domina, parce servo  
Filii tui. Bone Fili, placa Matrem tuam servo  
tuo. Bona Mater, reconcilia Filium tuum  
servo tuo. Qui me inicio inter duas tam  
immensas pietates, non incidam in tam  
potentes severitates. Bone Fili, bona  
Mater, non mihi sit frustra, quòd confiteor  
de vobis hanc veritatem, nec eru-  
bescam, quòd spero in vobis hanc pietatem.  
Amo enim veritatem, quam confiteor  
de vobis, deprecor pietatem, quam  
spero in vobis. Dic, mundi Iudex, cui  
preces fundam? dic, mundi reconcilia-  
trix, quem tu conciliabis, si tu, Domine,  
damnas, & tu, Domina, averteris ho-  
munculum, bona vestra cum amore, ma-  
la sua cum timore confitentem? Salvator  
singularis, dic, quem salvabis? Salutis  
Mater, dic, pro quo orabis, si te. Domi-  
na præcipiente, & de te misericordia con-  
sentiente, tormenta vexant peccatoris se  
execrantem, vos observantem? si Infer-  
nus absorbet reum se accusantem, vos  
deprecantem? si Tartara devorant pau-  
perem in se desperantem, in vobis spe-  
rantem?

Deus.

Deus, qui factus es Filius femine A propter misericordiam: Femina, quæ facta es Mater Dei per misericordiam, aut miseremini misero, tu parcendo, tu interveniendo, aut ostendite, ad quos tutius fugiam misericordiores, aut monstrate, in quibus certius confidam potentioribus. Si enim est, in mō, quia est tam magna mea iniquitas, & tam modica fides mea, tam tepida charitas mea, tam fatua oratio mea, tam imperfecta satisfactio mea, ut nec merear delictorum veniam, nec salutis gratiam, hoc est ipsum, quod supplico, ut in quo merita mihi videris non sufficere, in eo misericordiz vestra dignentur non deficere. Precor, itaque, precor, exaudite me: sed propter vos, non propter me, per pietatem, qua exundatis, per potestatem, qua abundantis, ut cyadam merito dolores damnatorum, & intrem in gaudia Beatorum te Deum laudaturus, qui es benedictus, & superlaudabilis in sæcula sæculorum.

Et in alia oratione: O Maria, o Maria, fac, ut amor tui semper sit mecum, & cura mei semper sit tecum. Fac, ut clamor necessitatis meæ, quamdiu ipsa persistit, sit tecum: & respectus pietatis tuæ, quamdiu ego subsisto, sit mecum: fac, ut congratulatio beatitudinis tuæ semper sit mecum: & passio miseriz meæ, quantum mihi expedit, sit tecum. Sicut n. o beatissima, omnis à te aversus, & à te despectus, necesse est, ut intreat: ita omnis ad te conversus: & à te respectus, impossibile est, ut pereat. Sicut enim Deus genuit illum, in quo omnia vivunt: sic & tu, flos virginitatis, genuisti eum, per quem mortua revivunt. Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit: ita te decus puritatis per Filium tuum miseros homines ex peccato salvabis.

Infra: O beata fiducia! o tutum refugium! Mater Dei est mater nostra, Mater ejus, in quo solo speramus, & quem solum timemus, est mater nostra. Mater, inquam, ejus, qui solus salvat, solus damnat, est mater nostra. Sed, o benedicta, & exaltata, non tibi soli, sed & nobis, quid est? Quam magnum, quam admi-

rabile est, quod video per te evenite nobis, quod videns gaudeo, quod gaudeus dicere non audeo? Si enim tu, Domina, es Mater ejus, nonne & alii filii tui sunt fratres ejus? Dicam igitur, non superbiendo, sed gratias agendo. Qui enim fecit, ut ipse per maternam generationem esset natura nostra, & nos per vitæ restitutionem essemus filii Matris suæ, ipse nos invitat, ut confiteamur nos esse fratres ejus. Ergo Iudex noster est frater noster? Salvator mundi est frater noster? Denique Deus noster factus est per Mariam frater noster? Qua igitur certitudine debemus sperare, qua desolatione possumus timere, quorum sive salus, sive damnatio, de boni fratris, & de pia matris pender arbitrio? (Intelliges sine exclusionem nostri arbitrii.)

Et in deploratione pro amissa virginitate: Domine, Domine, si ego amisi, unde me damnare potes, tunc amisti, unde salvare soles? Vbi verax est, o verax Deus, ubi est, Virgo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat? Domine, qui non mentiris: Domine, quid est: Nolo mortem peccatoris, sicut sepelis in Infernum ad te clamantem peccatorem, an detrudere peccatorem in gehennam est: Nolo mortem peccatoris? An hoc est: Volo, ut convertatur peccator, & vivat? Peccator sum ego, Domine, peccator sum ego. Si vis, ut convertatur peccator, & vivat, quid te prohibet facere quod vis, ut me convertas, & vivam? An immanitas peccati mei cogit te, quod non vis, & prohibet, quod vis, cum sis omnipotens Deus? Absit, Deus meus, absit, Domine Deus meus. Ne memineras, bone Domine, justitiæ tuæ adversus peccatorem tuum: sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam, &c.

His, ac similibus piis affectibus desperatio expelli potest, spes, ac fiducia concipi potest. Vivit Deus, qui ad amaritudinem adduxit animam meam, quia donec superest habitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendaciam. Bonum agonizantis propositum, ac protestatio: Etiam si occiderit me, in ipso, & in ipsa sperabo.

Desperare non potest, qui Christum habet fratrem, Mariam matrem.

Iob. 27.

Iob. 13.

Suprà Punct.

25.

*Thot. de  
laud. B. Virg.*

*S. Ignat. in  
epist. ad B.  
Virg.  
S. Bern. l. de  
dulced. animi.*

*Petr. DAM.*

*Gen. 5.  
Gen. 4.  
Hebr.*

*Isai. 40.*

*Gen. 51.  
Hebr.*

A devotissimo, ac sapientissimo Idiota A  
dicta est sanctissima Virgo, spes despera-  
torum. Et merito: quos enim non po-  
test salvare divina iustitia, ait Anselm.  
salvat Virginis pietas, ac misericordia:  
Hinc D. Ignatius: Impossibile est, inquit,  
aliquem salvari peccatorem, nisi per tuum,  
o Virgo, auxilium, & favorem. Et Bern-  
ardus ipse: Nescirem quonam refuge-  
rem, quidnam sperarem, quomodo me  
salvarem, si non me totum Mariæ gratiæ B  
commendarem.

¶ Huic tandem sine fine utili mortis  
materiæ finem imponamus, sed non ejus  
meditationi, cujus utilitates jam fufius  
explicatas, in hæc verba Petrus Damia-  
nus perstringit: Hoc, & hujusmodi in  
corde versare frequenter. Quid aliud  
est, quam lenocinantia blandimenta re-  
spuere; mundo repudium dare, & illici-  
tos carnis motus elidere, solumque ad-  
discendæ perfectionis propositum inde-  
lebilitate custodire;

Nec ejusmodi meditatione vereamur  
vitâ corripere, nam hæc potius, sic dixe-  
rim, vitam prorogabit. Quis plus omni-  
bus in hoc mundo vixit? Mathusala. Et  
Mathusael etiam diutissimè vixit: hic  
postulans mortem; ille verò spolians mortem,  
Hebr. & Syriacè interpretantur, ut hinc  
liquidò intelligas, mortem cogitantem, D  
ac postulantem non propterea citius mori,  
quia potius diutius vivere: illi etenim  
quotidie mortem postulabant, mortem  
cogitabant, & mors ab eis quodammo-  
dò fugiebat.

Qui nec verbum de morte libenter au-  
diunt, potius dicendi sunt mori citius.  
Per Isaiam Dominus: Clama. Non die,  
sed clama, quia obturatis auribus audire  
nolunt. Quid clamabo, Omnis caro fe-  
num.

Mortem itaque cogita: nec tibi ipsi  
inaniter sæculum promittis; quia tan-  
dem mori debes. Idem Mathusala post  
nongentos sexaginta novem annos mor-  
tuus est tandem, qui propterea non so-  
lum spolians mortem, sed etiam spolium  
mortis interpretatur.

## DE IUDICIO, materia Orationis.

*De horrore Iudicis, & Iudicii.*

PVNCTVM CXXXII.

Quis è Iudice in sede majestatis se. *Esth. 15.*  
deute explicet horrorem? Eratq;  
(Assuerus) terribilis aspectu, eamq; elevasset  
faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris  
indicasset, Regina corruit, & in pallorem colo-  
re mutato, lassum super ancillulam reclinavit  
caput. Heu! quis hic, o Esther? Rex cer-  
tè: sed tamen maritus, confors tuus; li-  
cèt super solium regni sui, indutus vestibus  
regiis, auroq; fulgens. Quid times? Cur  
exanimaris? Quod non vocata advene-  
rim. Sed audi. Ego sum frater tuus, noli  
metuere. Non morieris, non enim pro te, sed  
pro omnibus, vel pro hominibus hæc lex consti-  
tuta est. Accede igitur, & tange sceptrum.  
Nec his ad se rediit. Cumq; illa reticeret,  
tulit auream virgam, & posuit super collum  
ejus, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi  
non loqueris? Cui tandem? Vidi te, Domine,  
quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor  
meum, præ timore gloriæ tuæ. Cumq; loque-  
retur, rursus corruit, & penè exanimata est,  
Heu, iterum exanimis; etsi tot, tantisq;  
blanditiis excepta, osculo, scepro aureo,  
brachiis Regis? Quid, cum peccator  
Christum Regem Regum videbit in sede  
majestatis suæ, illamque faciem intuebi-  
tur, non plenam gratiarum, sed indigna-  
tionum? Quid, cum non in signum cle-  
mentis sceptrum aureum, sed gladium  
diviæ, ac emeritæ justitiæ in se conver-  
sum videbit? Cum non audierit: Non pro  
te, sed in te, hæc lex constituta est: Ite, male-  
dicti, in ignem æternum? Cum non Assue-  
rus, sed Dei Filius furorem pectoris indi-  
cabit? *Arascentibus hominibus præ timore. Luc. 21.*  
*Græcè: Exannatis hominibus præ timore. Græc.*  
Heu! supra quam creaturam, omnem  
tunc temporis tremorem inniteris?

Dicitur